

Innumeri per quem post frigida funera vivun
Hunc vitam servat post bona scripta Gener
Quae scripsit, vere scripsit, non omnia scripsi
Cetera enim scribat non nisi FABRICIUS.

HERM. SAM. REIMARI P. P.

DE

VITA ET SCRIPTIS JOANNIS ALBERTI FABRICII

COMMENTARIVS

ACCEDVNT

ARGVMENTA HISTORICO-CRITICA EX EPISTOLIS VIROR. CLAROR. AD FABRICIVM

PRÆTEREA

PL. REV. CHRISTIANI KORTHOLTI PARENTATIO LIPSIENSIS ET VARIORVM EPICEDIA.



HAMBVRGI,

SVMTV VIDVÆ FELGINERIÆ.

LITTERIS PISCATORIIS.

M DCC XXXVII.

VIRO
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO CELEBERRIMO
JOANNI CHRISTOPHORO WOLFIO
PASTORI AD D. CATHARINÆ FIDELISSIMO SCHOLARCHÆ GRAVISSIMO

S. P. D.

HERMANNVS SAMVEL REIMARVS.

Vt præſentem Commentarium Tibi inſcribere audeam, perpulit me primum pietatis erga ipſum Fabricium religio; cui Tu

Nomini tantopere Tibi adamato, & cui in ipſum Virum ſtudio, a Te quoque tot documentis demonſtrato, nihil ſpero eſt quod non condones audaciæ. Noſti, Vir Venerande, quam juſtæ mihi quamque graves cauſæ ſint, cûr bene mereri de tanti Viri memoria coner, & cur certa atque ſpectata honoris ejus argumenta non debeam prætermittere. Atqui nihil mihi conducibilius exiſtimationi Fabricianæ videri poterat, quam ſi eorum, quæ in hoc libello ſcripſi, præſertim ad candidam Viri virtutem & incredibilem in docendo diligentiam atque dexteritatem ſpectantia, quæ non perinde ut cetera ingenii ejus monumenta in

oculis omnium verſata ſunt, Te illuſtrem vel maxime teſtem producerem. Neque vero hic adeo ſcriptum aliquod abs Te teſtimonium efflagito, quanquam illud ipſum, ſcio, dictis haud invitus præſtares; ſed vel unum nomen Tuum peto ut liceat præmonſtrare lectoribus, antequam in ipſam Fabricii vitam intromittantur; quod ipſum per ſe certum & honorificum Viro Beato teſtimonium induſtriæ virtutisque præbeat, ſicubi cogitent, Te illum esſe, qui ex diſciplina Fabricii quondam profectus atque formatus, unus omnium, quid valuerit in excellenti ingenio Fabriciana inſtitutio, demonſtret maxime, & quod in Fa-

bricio admirati modo nunc desideramus, abunde exprimat atque resarciat. Quodsi igitur illa præcocis industriæ & eruditionis specimina, illum legendi, colligendi, meditandi solida & profutura ordinem methodumque, illam per omnia linguarum, artium, & historiæ genera diffusam scientiam, illam inter tot reliquas occupationes sine muneris derogatione in scribendo celeritatem, ipsorumque scriptorum non minus duraturam utilitatem, quam totum argumentum prorsus exhaurientem copiam, accurati simul judicii sale conditam, illam promtam & candidam officiositatem, & bene de omnibus sentiendi atque

me-

merendi ſtudium, ceteraſque virtutes cum communi & juſto omnium nationum applauſu & amore conjunctas, in Te nunc vel inprimis deprehendunt atque ſuſpiciunt omnes, patere, Vir Venerande, ut per hæc Tua decora Fabriciani nominis, quaſi cognatione quadam, renovetur & illuſtretur memoria, utque deſiderium quod ejus jactura vulgo peperit, Tui nominis celebritate leniatur. At ſi Te vel maxime nullo nexu contingeret is, cujus vitam ſcripſi, ego certe, qui ſcripſi, negligere non deberem publice Te compellandi opportunam occaſionem, qui hanc jam diu anquiro ſollicitus, ut pro multis magniſque Tuis in me meri-

tis, pietatis in Te meæ gratique animi ſignificationem expromam. Nunquam enim effluet mihi illius temporis jucunda recordatio, quo peritus idemque fidus mihi dux exſtitiſti ſtudiorum, primusque ad Academicas exercitationes ſuſcipiendas animum addidiſti; Nunquam ego exemplum Tuum, conſilia, commendationes, quantum profuerint dememinero; nunquam Tuo me ſuffragio in Patriam revocatum, & in hac ipſa dignitate, in qua Tua, e longinquo licet, veſtigia legenda mihi video, conſtitutum oblivifcar. Præſertim, cum a veteri Tua voluntate adeo nihil remiſeris, ut acceſſionis etiam loco, partem amoris illius candidi

candidi Fabricio quondam præſtiti, in hæredes ejus transfudiſſe videaris. Age igitur, Vir Summe Reverende, ſi credis me pro Fabricii mei incolumitate ſincera & calida vota feciſſe quondam, fac Tibi perſuadeas, non minus integra & ſancta eſſe quæ pro Te jam concipio: Deus immortalis qui Te inſignibus animi donis & virtutibus exornatum, maximo eſſe emolumento rei ſacræ & literariæ voluit, & valetudinem ante aliquot annos haud mediocriter labefactatam, mirabiliter reſtituit & confirmavit, hic inquam Deus immortalis idemque benignus, in illa raritate Theologorum, qui puram ſolidam & reconditam doctrinam

cum

cum vitæ ſanctitate conjungunt, Te utrinque vel inprimis ſpectatum inconcuſſo hoc animi corporisque vigore, ſalvis Tuis Tuorumque rebus omnibus, ad ſeros usque annos conſervet, tueatur, & cum fructu, quem literis, quem Eccleſiæ, quem Patriæ præſtare pergis, gloriam quoque nominis immortalem fortunasque augere & amplificare non deſiſtat. Dabam Hamburgi D. XXIII. Januarii, A. CIↃ IↃ CC XXXVII.

Bene-



Benevole Lector!

Rationes inſtituti mei paucis, quæſo, accipe. Habes hic primum *Vitam* Viri, qui ob ampliſſimam eruditionem & ſingularem virtutem in admiratione fuit atque amore omnium, JOAN. ALBERTI FABRICII. In ea vita exponenda id ſtudui perficere, ut non modo qualis quantusque fuerit appareret, ſed & quomodo ad eam vim doctrinæ animique præſtantiam pertigerit intelligeretur. Ita me credebam & honori juſto immortalis viri aliquantulum conſulere, & exemplum, quod præclaris ingeniis forte prodeſſet proponere. Alterum caput partim *Scripta* complectitur ipſius Fabricii, quæ vel ſeparatim edita ſunt, vel aliorum libris inſerta, vel certe, ni peritura ſint, uni alicui corpori inſerenda, hoc eſt, Diſſertationes, Programmata, Vitas, Orationes; partim ſcripta aliorum, quæ vel in lucem iterum protracta, vel nunc demum vulgata præfatione ornavit: (quibus addes ſcripta ac fragmenta aliorum, veterum

juxta


juxta ac recentiorum, ſeu edita antehac, ſeu inedita, quæ in libris Fabricianis paſſim obvia ſunt, & a me in Indice recenſentur, atque aſteriſco diſtinguuntur.) Accedunt ea quæ moriens reliquit MSta, aut parata propemodum prælo, aut cœpta affectaque. Quanquam vero non eſſem neſcius, multa mihi, quæ in vulgus nota ſunt, de Scriptis plerisque editis afferenda eſſe, tamen ne quid poſſet jure deſiderari, omittendum nihil exiſtimavi, quod ad plenum cujusvis libri titulum, magnitudinem formamque, ad repetitas editiones, ad hiſtoriam & occaſionem librorum, ad argumentum & ſupplementa MSta, ad judicia denique eruditorum de ſingulis libris ſpectaret. Quod tertio loco adjeci *Argumenta Hiſtorico-Critica* ex epiſtolis clarorum virorum ad Fabricium, ejus rei facilem mihi veniam abs Te polliceor. Nam præterquam quod in horum non paucis, ſunt aliquæ ipſius Fabricii partes, etiam res per ſe utiles jucundæque ſua varietate, niſi hic inveniſſent locum, nusquam habuiſſent. Ita nec lectoribus nec bibliopolæ mihi videbar recte proſpicere, ſi integras epiſtolas ſeparatim ederem, nec tamen culpa eximendus, ſi gemmas earum ſinerem interire, dimitteremque occaſionem, qua tædium

tædium lectoris ex librorum unius viri meris titulis perceptum, proficuis obſervationibus variorum Doctorum ad Fabricium perſcriptis delinirem; quod commodum, ſpero, lectoribus ceteris etiam non invidebunt, qui ipſi ſua hic legunt ſuperſtites epiſtolarum auctores. Quodſi nonnulla fuerint hujus opellæ, in quibus forte ſim hallucinatus, aut quæ minus ſe probent ſingulis, gratias habebo amice, ut par eſt, monentibus, eademque emendabo. Vnum reſtat quod addam de *Epicediis*, ſingularem in pleriſque eorum colligendis ac percenſendis operam præſtitiſſe Honoratiſſimum Collegam meum Michaelem Richey, qui hoc ipſo amicitiæ cum B. Fabricio cultæ candorem, documento non inficiando etiam poſt fata demonſtravit. Auſus vero ſum, germanica quæ in his reperiuntur, exemplo non plane novo, latinis literis excudenda dare, quod ejusmodi typi noſtros homines, ne quidem indoctos utriusque ſexus, quippe gallicæ linguæ adſuetos, morari poſſint, exteris vero præſertim iis, qui in maxima linguarum ipſarum cum noſtra cognatione, literarum tamen germanicarum inſolenti figura turbantur, aditum magis proclivem ad legenda noſtra præbere poſſint. Atqui facit Fa-

briciani

briciani nominis celebritas, ut hæc lectum iri ab exteris ſuſpicemur, facit vero ipſorum Poetarum ars, ut noſtros eorum, quæ ſcripta ſunt, ſi legantur, non facile pudeat. Neque tamen velim quenquam in hac ſcriptura meo ſtare judicio, cum habeam idoneum ejus arbitrum, præter vivos complures, Illuſtrem Leibnizium, qui id inter inſtrumenta expoliendæ linguæ germanicæ refert (in den Gedancken wegen Verbeſſerung der Teutſchen Sprache p. 306 ſq.) ut Germanica ad uſus exterorum literis latinis ſcribantur, idemque ſe aliquando rogatum a Belgis, latinas literas in ſcribendis germanicis neceſſario adhibuiſſe teſtatur. Vnde & factum eſt, ut genuinus ejus Diſcipulus Jo. Ge. Eccardus hanc ipſam exercitationem vernaculam Leibnizii de emendanda lingua vernacula, latinis literis exprimendam curaret in Collectaneis Viri Summi etymologicis. Ita Vale, & interim dum Catalogus Bibliothecæ Fabricianæ conficitur, proxime Syllogen Diſſertationum & Opuſculorum Fabricii, tum notitiam Ephemeridum literariarum inſigniter auctam, hinc Bibliothecæ latinæ novam editionem, & Græcæ ſupplementa, a me exſpecta.

DE



DE VITA ET SCRIPTIS JOHANNIS ALBERTI FABRICII COMMENTARIUS.

CAPUT I.

DE VITA JO. ALB. FABRICII.

§. 1.

Excuſatione quidem indigere vix videbor, quod Viri Magni JO. ALBERTI FABRICII vitam ac merita libello hoc ſingulari non magno exponam. Nam in tan- *Cur hanc vitam ſcribat.*

ta Viri celebritate, & tam communi collaudatione, nemo temere fuerit, qui nomen Fabricii vel obſcurum, vel memoria minus dignum cenſeat. Erunt vero, qui ex omni vitæ ejus ratione vel hoc inprimis non injucunde nec inutiliter intelligant: quod poſſit ab ampliſſima doctrina faſtus, invidia, maledicentia, moroſitas abeſſe, modeſtia contra, humanitas, bene merendi de omnibus ſtudium, animus lætus & tranquillus, & cum ceteris virtutibus ſincera erga Deum pietas conjungi. Erunt, qui qualis & quantus utrinque fuerit perſpiciant, ſed quam viam ingreſſus tantam vim doctrinæ ſibi comparaverit, tot libros utiliſſimos in tam exigua muneris publici vacatione ſcripſerit, tot amicitias pepererit, vitæque caſus varios tam moderate tulerit, ſibi demonſtrari cupiant. Erunt, qui nonnulla & præcipua Viri ſcripta noſcentes, ceterorum quoque ſimili deſiderio teneantur, atque adeo omnia ejus nondum vulgata, ſeu elaborata, ſeu affecta, ſeu concepta denique animo, ſibi indicari, & univerſa junctim habere ante oculos poſtulent. Quibus ſi ſatisfecero, ſimul & amicis quodammodo ſatisfecero, qui id deberi meritis Viri beati mecum judicabunt, ut memoria ejus, per ſe nunquam interitura, ſingulari libello illuſtrata ad poſteros transmittatur. Generatim vero ſcribendis Virorum doctorum vitis is expectari fructus poteſt, vel ut acceſſiones ad ſtudia literarum factæ perſpiciantur, vel ut quibus

quibus ea rebus porro amplificari judicio magnorum virorum possint, intelligatur, vel ut ostendantur quædam viæ compendia, quibus ad insignem eruditionem illi velut duces pervenerint, vel postremo ut in vita omni imitanda cavendaque illustribus exemplis proponantur. Atqui eum mihi tam varium fructum in hoc scribendi consilio non prorsus neglectum esse, benevolus lector existimet.

§. 2

Qui adhuc Fabricii res attigerint.

Non defuerunt utique, qui viventis adhuc Fabricii vitam, & potissimum scripta, attingerent, alii aliis, pro temporum ratione, plura, pauciora. In quibus sunt B. *Jo. Frid. Mayerus*, hospes Fabricii paternæ prorsus in eum voluntatis, in *Programmate* de Pacto apparitionis post mortem, scripto ad Disputationem Fabricii inauguralem de recordatione animae humanæ post fata superstitis (a); *Ausführlicher Bericht von neuen Büchern* (b); *Deutsche Acta Eruditorum* (c); *Neuer Bücher - Saal der gelehrten Welt* (d); *Johan. Klefeker*, discipulus tum Fabricii, nunc Syndicus Reip. Hamburgensis meritissimus, in *Bibliotheca eruditorum præcocium* (e); *Europe savan-*

(a) An 1699. Kilonii in 4. & ex eo Nov. Lit. M. B. 1699. p. 315. f.
(b) An. 1708. p. 610. sq. enarrante *Christoph. Woltereckio.*
(c) An. 1712. Tom. I. p. 610. sq.
(d) An. 1714. P. XXXIX. p. 192. sq.
(e) An. 1717. Hamburgi in 8. p. 74. ff.

ſavante (f); *Paulus Æmilius de Mauclerc in Bibliotheque germanique*, qui ut ex epiſtola ejus ad Fabricium diſco, ab ipſo Catalogum ſcriptorum ſuorum ſedulo flagitatum accepit (g); *Joannes Fabricius* Abbas, in *Hiſtoria Bibliothecæ ſuæ* (h); & noviſſime *Gabriel Wilh. Goettenus*, Paſtor Hildesheimenſis in *dem jetzt lebenden gel. Europa* (i). At nec horum credo Virorum clarorum qui ſuperſtites ſunt, nec ii in quorum illi gratiam ſcripſerunt, moleſte me tulerint, ſequentem certa priorum veſtigia, diſperſa colligentem, præterita ſubminiſtrantem, toti denique vitæ Fabricii feliciter jam peractæ, poſtremo plaudentem. Nam qui noſtra hæc cum priorum contulerint diligentia, multa non pleniora modo ſed & plane nova nec indigna notatu adjecta deprehendent. Et videbitur ſane lector jure quodam ſuo Fabricianæ Memoriæ rationes abſolutiores & curatiores a me repetere, qui a longo jam tempore conſuetudine Viri beati, & ab aliquot annis familiaritate intima gaviſus ſum, atque ſcripta ejus edita quibus varia allevit ipſe, tum ſchedas manu ejus exaratas, & epiſtolas Virorum doctorum ad eundem habeo præ manibus. Simul tamen, ne quis plura a me exſpectet quam polliceri auſim,

(f) An. 1719. Apr. p. 253.
(g) An. 1723. Tom. VI. p. 64. ff.
(h) An. 1724. P. VI. p. 137.
(i) An. 1735. P. 1. p. 43. ff.

ſim, ſciendum eſt, ipſum Fabricium de vita ſua nihil commentatum eſſe, quod quidem non ſecus ac modeſtia Viri ſumma, nunquam ne inter familiariſſimos quidem de ſe prædicantis, effecit, ut multis forte præclare ab ipſo geſtis exſpectationem cupidi lectoris fruſtrare cogar.

§. 3

Cœterum, quidvis ego quidem in mea ſcriptione patiar deſiderari potius, quam fidem & integritatem. Nam quamvis multa Fabricii & maxima in me merita ſingularem omnino meam erga ipſum pietatem repoſcant, cum ejus inſtitutione, conſiliis, commendatione ab rudi adoleſcentia ad præſentem dignitatem ſim gaviſus, deinde ad familiarem amicitiam imo ad connubium cum filia admiſſus, unde plura commoda proficiſci neceſſe fuit; tamen divinos manes Viri inuſitatæ modeſtiæ mihi viderer offendere, ſi quicquam his vel immodicæ vel ementitæ laudis admiſcerem. Adeo ipſe prope ſolus ſuas ignorare vel non agnoſcere virtutes viſus eſt; idque agere ſemper, ut laude ſe dignum præſtaret potius, quam ut laudaretur. Quo magis autem verecunda licet Viri virtus enituit, & quo majores omnium collaudationes eam ultro jam dudum proſecutæ ſunt, eo nunc minus aliquo mihi verborum opus eſt ornatu, eoque minus quæ laudabilia ſuapte natura protulero, fraudem fidei meæ facere

Quomodo in hac reverſaturus ſit.

apud candidos judices poterunt. Unus est Fabricius, de cujus meritis ne amicus quidem, collega, atque gener, dixerit quicquam dubitationem hominum aut assentationis suspicionem incurrens. Sicut vero eminent in ejus vitæ cursu præclara multa, quæ recensita simpliciter per se ipsa existimationem nomini Fabriciano magnam conciliabunt, ita ex adverso quæ reticeam, quæ excusem, quæ fuco aliquo inducam, quæ perpetua oblivione sepeliam vitæ dedecora non reperio. Adeo quicquid usquam egit, pie & bene subductis rationibus instituit, velut in luce atque oculis terrarum orbis, non dicam Dei, versaretur. Equidem, iis quæ supra indicavi subsidiis usus, quæ dicenda sunt omnia ad tres præcipue locos referam, primum ut vivendi rationem a primo ortu usque ad extrema persequar, quod jam paulo brevius feci in Programmate funebri; deinde ut scripta cum edita tum inedita ordine enarrem; denique ut ex Virorum clarorum epistolis ad ipsum datis maxime memorabilia subjungam.

§. 4.

Fabricii natales, natalitia.

Lucem vidit JO. ALB. FABRICIVS anno post C. N. 1668. 11 Novembris, id est ipso *Martini die.* Quem diem natalem anniversarium postea sibi semper lætum habuit sumsitque, divinorum in se beneficiorum memoriam repetens. Atque hoc ipso utriusque

que filiæ nuptias celebrari voluit, & nepotem unum sibi natum amplexus est (k). Nempe ut docens frequenter solebat monere, vitam nobis divinitus concessam esse, velut præsentis felicitatis fundamentum, & futuræ occasionem, ita sui quoque & familiæ suæ, imo humani esse officii arbitrabatur, hunc velut statum diem, quo vitam accepimus, sine læta tanti beneficii celebratione non prætermittere. Quod ipsum quoque fecit diebus illis, qui in fastorum codicillis prænomina sua *Johannis* atque *Alberti*, tum & filiarum, generorum, nepotum ac neptium præferunt; profecto non consuetudine vulgi ductus, aut occasionem comissandi captans, sed ut ipse palam profitebatur, quo suis se nominibus Christiano cœtui initiatum quisque, adoptatumque a Deo Servatore recordaretur. Nam si ad aliud ullum, certe

(k) De hoc filio meo *Jo. Alberto Henrico Reimaro*, cujus & nominum initiales literæ casu quodam indicant, eum vertente a nuptiis anno (J. A. H R.) natum esse, consangvineus meus *Jo. Diet. Wetecken*, ita ad Fabricium:

Martinus Tag gab dir, du grosser Mann, das Leben,
Du kontst am Martins-Tag den Töchtern Männer geben;
Jetzt lässt Martinus-Tag dich einen Enckel sehn,
Spricht nicht dein froher Mund: das ist vom HErrn geschehn?
Mein Wunsch hiebey, der doch aus innerm Hertzen quillt,
Ist dieser (da du siehst an ihm dein Ebenbild,)
Dass GOTT, der solchen Tag dir ausersehn zum Seegen,
Auch wolle deinen Geist einst zwiefach auf ihn legen,
Und da dir dieser Tag so vielfach wunderschön,
Dein Enckel mög' als Du der Welt zum Wunder stehn.

ad ingrati animi vitium, ſumus partim negligentia, partim varietate & multitudine ſtudiorum noſtrorum proclives; cum gravibus tamen de cauſis nihil frequentius recogitare deberemus, quam Dei beneficia, hinc per naturam, hinc per gratiam in Chriſto, nobis collata. At niſi fixis quibusdam temporibus ex ingratæ oblivionis ſopore nos proripiamus, non divinorum modo ſenſus beneficiorum, ſed & ipſius providi numinis atque officiorum noſtrorum, paulatim obliteratur & extinguitur. Illis itaque, de quibus demonſtratum eſt diebus, ſolebat Fabricius non quidem vocatis ad cœnam exteris epulari ſumtuoſius & magnificentius, ſed tamen inſtructa lautius aliquanto, quam aſſolet quotidie, menſa, poſt labores conſuetos, Paterfamilias cum ſuis in concordi & læta familiaritate cibum capere; ſolebat ceteris ſermonibus jucundis, utilibus, miſcere identidem divina beneficia in ſe ſuosque præter ſpem ac meritum omne collata; ſolebat ex frequentiſſimis veſtigiis providentiæ Dei per vitam ante actam, de futura bene ſperare, ominari, precari; ſolebat partem grati animi haud infimam arbitrari, ut gratiam Dei multiplicem & liberalem animo læto & ſua ſorte contento, atque fiduciæ erga paternam Dei curam pleno, exciperemus, nec triſtitia ac querelis, aut intempeſtivo metu futurorum, exprobrare Deo aliquam quaſi injuriam nobis jam factam videremur.

§. 5.

§. 5.

Hoc animo, id demum eſt felici ſidere natus, gratulabatur ſibi quoque patriam divinitus contigiſſe Athenas illas Saxonicas, *Lipſiam*; quæ urbs, haud ſecus ac illa quondam Græcorum, ſuis civibus ſingularem ſermonis ſuavitatem, morum elegantiam, & præcepta omnis doctrinæ impertit. Genus tamen avitum maternumque duxit ex Holſatis. Patre quidem *Wernero Fabricio*, Itzehoa-Holſato, literarum & Poeſeos cum primis haud rudi, Muſici autem Chori in templo Paulino Academico Directore, & in æde Nicolai Organœdo ſatis celebri, & Principibus viris probato, cujus exſtant *Deliciæ Harmonicæ* typis exſcriptæ Lipſ. 1657. 4. & cujus imaginem æri inciſam ut habeamus, artis excellentia effecit. Avo *Alberto Fabricio*, Organœdo Flensburgenſi. Proavo, *Wernero Fabricio*, Paſtore Suderavienſi prope Crempam in Holſatis. Matre *Martha Corthumia*, Johannis Corthumii Paſtoris Bergedorffenſis filia, ex qua gente Hamburgi & Bergedorffii, prope a repurgatis per D. Lutherum ſacris ad Gerhardum usque Corthumium an. 1704. d. 13. Aug. ſine prole denatum, continui Paſtores Eccleſiæ fuerunt, (l) quæque *Jo-* *Patria, Majores.*

(l) Ex his mihi innotuerunt *Jodocus Corthum*, Diaconus ad D. Jacobi, mortuus 1580. 6. Sept. vide Mem. Hamb. P. II. p. 887. *Joachimus Corthum*, filius Jodoci, & Eliſabethæ Weſtphaliæ, natus 1563. d. 11. Dec. Paſtor Bergedorf-

achimum Westphalum, Hamburgensis Ecclesiæ summum Præsulem inter suos numerat, & quæ ipsa sacris pariter & civilibus muneribus in urbe nostra præclaros Corthumios dedit, dat, dabit. Paterni quidem generis & inprimis Patris sui, Virum beatum non pœnituit meminisse in centuria Fabriciorum prima p. 86. quod quis non laudi ducat Viro, qui non Patris modo & Majorum, sed plurimorum Fabriciorum utriusque centuriæ gloriam superavit?

§. 6.

Educatio, Præceptores.

Matre an. 1674. Patre autem an. 1679. amisso, puer decennis utroque Parente orbus venit in tutelam celeberrimi Theologi ac Philosophi *Valentini Alberti*, cui illum Pater moriens commendaverat. (m) Curam interim educationis per quinquennium suscepit *Wenceslaus Buhlius*, quem B. Mayerus communem tunc orphanorum fuisse Mæcenatem prædicat. (n) Ab ipso Patre, sub initium, institutus fue-

gedorffensis factus circa An. 1590. mortuus 1635. d. 15. Jan. *Joannes Corthum*, Joachimi filius, natus 1607. d. 8. Apr. munus sacrum Bergedorffense suscepit An. 1635. obiit An. 1663. vel 1664. Parens Marthæ, Matris Fabricii nostri, quæ nata 1644. d. 20. Febr nupta est Anno 1665. d. 3. Jul. Wernero Fabricio, obiit An. 1674. *Gerhardus Corthum*, Joannis filius, natus 1638. d. 28. Sept. Patris in sacro numere successor An. 1664. denatus An. 1704. d 13. Aug.

(m) J. A. *Fabricius* in Centuria I. Fabriciorum. p. 77.

(n) J. F. *Mayerus* in Programmate laudato p. 17.

fuerat Fabricius, quod inter ejus in se merita refert. (o) Mox datus est in disciplinam *Jo. Gothofredi Herrichen*, Rectoris Scholæ Nicolaitanæ apud Lipsienses, Viri ob latini atque græci vel maxime carminis veneres longe celeberrimi, cujus Poemata, magnam partem ad id tempus inedita Fabricius noster, velut grati in Præceptorem animi tesseram, vulgari curavit Hamburgi 1717. 8. non immerito *gaudens, se magnam pueritiæ atque adolescentiæ partem, sub ejus ductu in Patria Lipsia transegisse;* (p) cujus nempe artificio mature solida notitia & gustu imbutus fuerat linguarum & humanitatis, quæ ad omnis antiquitatis inventa aditum patefaciunt, sicut earum vel stupidus neglectus, vel tractatio superficiaria in Scholis, omnem prope spem solidæ eruditionis præcludit, & sera diligentia vix corrigi potest. Quo major autem hoc in genere fuerit Magistri doctrina, eo magis illa juventuti ad hæc sacra adjumento pariter ac incitamento esse debet, quod & exempla facile commonstrant. Herrichii vero adeo insignis in his studiis præsertim græcis laus fuit, ut *Jacobus Tollius* eum *tantæ in græca lingua peritiæ fuisse* judicet, *quantam in nullo hactenus offenderit*. (q) Quid mirum igitur, quod Fabricium nactus discipulum,

(o) loco citato p. 76.
(p) In Præfatione ad *Herrichii* Poemata.
(q) *Jac. Tollius* in Epistolis itinerariis p. 65. conf. etiam de Herrichio hoc *Acta Eruditor.* T. IV. Suppl. p. 89.

pulum, cum ad reliquam humanitatem tum inprimis ad Græcos Scriptores ornandos & illustrandos idoneum formarit? Præsertim cum is prope per duo lustra, ut ait Mayerus, a tanti Præceptoris ore pependerit. Juvarunt tamen Fabricii studia una cum Herrichio B. *Poltzius* Scholæ Nicolaitanæ Conrector fidelissimus, & *Joan. Dornfeldius*, Theologiæ Licentiatus & denique Superintendens Lipsiensis gravissimus, nec non *Jo. Gottlieb Hardtius* Logices ac Metaphysices in Academia ejusdem Urbis Professor meritissimus. (r) Deinde autem an. 1684. suasu Tutoris Valentini Alberti Quedlinburgum translatus est Fabricius ad *Samuelem Schmidium* Rectorem ejus Gymnasii dexterrimum & ad juventutem erudiendam prorsus factum; (s) quem Fabricius in Supplemento MS. Centuriæ Fabriciorum (t) elogio *Præceptoris sui bene de se meriti* mactat, laudatque etiam publice in Præfatione ad nuperam editionem Polyhistoris Morhofiani. Postquam per biennium fere in hac Quedlei officina perpolitus erat literis, an. 1686. mense Septembri Lipsiam reversus civitati Academicæ nomen dedit, ac Tutori suo fidelissimo *Va-*

(r) Hos laudat *Mayerus* in Programmate citato p. 18.

(s) Conf. de eo *Nov. Lit. Hamb.* 1705. p. 221. Hodegum ejus Epistolicum laudant *Acta Erud.* Supplem. I. p. 360. ff.

(t) Scilicet centuriam tertiam & quartam meditabatur vir beatus, in quibus *Fabri*, *Fabretti*, *Fabrotti*, *Vulcanii*, *Schmidii*, comparerent, ad quas centurias nomina saltem congessit.

Valentino Alberti ſe totum commiſit, ejus hoſpitio, menſa, inſtitutione, per annos ſeptem gaviſus. Neque tamen ſibi defuit, quo minus Viros ejus ætatis celeberrimos, *Jo. Ben. Carpzovium*, *Jo. Olearium*, *Joachimum Fellerum*, *Adamum Rechenbergium*, *Thomam Ittigium*, *Ottonem Menckenium*, *Jo. Cyprianum*, & *Johannem Schmidium* ſedulo audiret. Quorum ope, quantum docile Fabricii ingenium proficere in omni genere doctrinæ potuerit, cuivis facile eſt judicare, cum maxima horum Virorum in literas merita nemini temere obſcura eſſe queant. Ipſe tamen Fabricius plurima ſe Ittigio debere ſæpe profeſſus eſt, ab eo quippe ad Patres Eccleſiæ, & ad lumen illud Theologiæ, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, indefeſſa manu tractandam excitatus.

§. 7.

Quomodo ad ſolidam doctrinam excitatus ſit.

Providæ utique Dei curæ adſcribendum eſt, quod Fabricius juvenis in manus fideliſſimi Tutoris ac Curatoris, atque in tempora & diſciplinam eruditiſſimorum Virorum incideret, præterea vero ingenio per naturam eſſet docili & excitato; ſed nec ipſe vel morum caſtitatem vel ſedulitatem diſcendi ulla in parte paſſus eſt deſiderari. Magnis ejusmodi ingeniis levi tantum indicio opus eſt, qua via eundum ſit; tum ipſi facile ſibi duces ſunt, & contentione magna per quævis viarum obſtacula atque dumeta perrumpunt, imo non comites modo itineris, ſed & duces ipſos magnis

gnis paſſibus antecedunt. Ita Fabricius noſter jam tum cum in Schola verſaretur, privato ſtudio multos libros utiles legere, multa ex iis ſibi annotare ac commentari cœpit. Juvabit vero ex ipſo audire, ut legendis præcipue *Barthii Adverſariis*, & *Polyhiſtore Morhofii*, ad majora audenda animum inflammari ſenſerit. (u) *Cum anno*, inquit, 1685. *Lyceum frequentarem Quedlimburgenſe, moderator illius dexterrimus Samuel Schmidius in Muſeo ſuo, Barthii forte Adverſaria inſpicienda mihi dabat, quæ deinde petenti mihi cum utenda ad tempus conceſſiſſet, miratus ego in iisdem vehementer varium illum & late patentem ambitum eruditionis, illa memoriæ omnis amœna latifundia, illos receſſus ſacræ & externæ antiquitatis, illum orbem ſcientiarum, illam ſcriptorum græcorum latinorumque veterum & medii ævi multitudinem, principesque ingeniorum recentis memoriæ, eruditosque omnium nationum, qui in illo opere pasſim laudantur innumerabiles. Ab iſthoc tempore, fateor, perfuſo mihi rerum pulcherrimarum licet vix eminus & per tranſennam proſpectarum voluptate ac deſiderio, alte in animo meo hæſit propoſitum, omnibus hoc precibus a Deo expoſcere, ac quantum poſſem dare operam, ut in virtutis inſtrumentum ac vitæ etiam mihi daretur occaſio*

(u) Eſt locus ex præfatione ad recentem eamque tertiam editionem Polyhiſtoris Morhofii Lubecæ 1732. 4. quæ quia in pauciorum forte manibus verſatur, locum integrum dedi, ab initio ſtatim illius præf. obvium.

casio propius illa lustrandi ac cognoscendi, comparandique mihi linguarum inprimis & Logices bene sanæ, deinde Antiquitatis & rerum omni memoria gestarum, tum disciplinarum utilium non pœnitendam scientiam, & scriptorum notitiam, cujus in tanto illorum numero, diversoque genere ac pretio majorem etiam amœnitate utilitatem esse facile conjiciebam. Reverso mihi deinde in patriam meam Lipsiam, atque sub egregiis Doctoribus, Alberto, Carpzovio, Ittigio, & qui solus adhuc in vivis superat, atque ut diu, precor, vivat lætus ac sospes, Joanne Schmidio, studia non ignaviter prosequenti, pulchre recordor novum & ingens mihi additum calcar, in lucem edito primum A. 1687. a laudato Morhofio volumine primo hujus operis &c. Hinc adeo facile apparet, quanti interſit, an libros aliquos privatim, & quos legas in juventute, ad ſemina & igniculos magni quoque ingenii fovendos & excitandos. Nec enim viva docentium vox, mediocribus maxime ingeniis in publico diſcipulorum cœtu accommodanda, ſatisfacere ſola poteſt connitentibus ad ſublimia; nec quævis librorum fortuito arreptorum domeſtica lectio formare animum ad cupiditatem judiciumque veræ eruditionis apta eſt.

§. 8.

Iis autem, de quibus demonſtravimus libris incenſus, hunc ambitum diſciplinarum mente complexus Fabricius, cœpit incredibili celeritate complures & eosdem utiliſſimos in omni

Studiorum methodus.

omni genere diſciplinarum libros, & in his Veteres non poſtremos percurrere, ad ſuos ſibi familiares, tanquam fidos depoſitarios, omnia memoratu digna referre, & jam tum ad certum quendam ſcopum magnum & pulchrum, nec ante ſatis tractatum, Bibliothecam puto inprimis latinam græcamque ſingula dirigere. Ecquid autem magis proficuum ſit adoleſcentibus literarum ſtudioſis, quam ut hinc conſilia ſtudiorum, exemplo nonſolum feliciſſimo tanti Viri confirmata, ſed ab ipſo ſæpiuſcule privatis in Scholis tradita, ſibi eruant & exequenda proponant: non languide, non frigide, ſed cum ardore, ſed cum ſerio & magno conatu, ac piis precibus, accedere ad ſtudia literarum: legere multa & meditari privato ſtudio: legere optimos, atque in his ante omnia veteris ævi Scriptores: lecta, ne diffluant memoria, ad ſuos ſingula locos adſcribere: ſcripta denique mature ad argumentum aliquod utile & intactum intendere, quod tandem aliquando elaboratum perpolitumque cum inſigni laude & fructu oculis eruditorum ſiſtatur. Fateor tamen, non cujusvis eſſe juvenilis ingenii, licet totam deſcriptionem artium ac ſcientiarum eminus quodammodo circumſpiciat, & libros cujuslibet argumenti noſſe didicerit, proprio Marte ac non monitum invenire, quid reſtet in ſingulis diſciplinis & in omni lingua & hiſtoria addendum atque emendandum, aut qua ratione conſilium amplificandæ doctrinæ de-

debeat perfici. Aliquid hac in re valet frequens illa quam diximus lectio, quæ & interdum conatus aliorum interceptos, ac proinde posterorum industriæ relictos, vel certe in alio licet argumento imitandos, suppeditat. Sed nescio, quomodo sæpe vel id quod ante pedes est non videmus juvenes, prope dixerim, viri ac senes, multo minus, ultra pomoeria Reipublicæ literariæ, oculorum aciem intendimus; seu id naturali quadam mentis imbecillitate accidat, seu negligentia & incuria, seu animo denique suis viribus parum confiso. Certe non omnes Columbi sumus aut Vesputii, ut regiones ultra visum projectas mente cernamus, aut per vastum & invium oceanum adire audeamus. Cum tamen & hi ipsi viri magni, aliorum naufragiis & casibus moniti dicantur alios tentasse soles, credidi equidem, multos quoque eruditorum, qui jam sibi relicti & sine consilio incerti vagantur, ad aliquod utile propositum suscipiendum incendi posse, si mature moneantur a viro experto, quem cursum debeant tenere, aut quibus uti instrumentis. Ea de causa sæpiuscule suasor exstiti Fabricio, ut pro vasto complexu doctrinæ suæ aliquo libello designaret limites disciplinarum jam satis cultos, ostenderet quæ & quam infinita arva omni ex parte colenda supersint, doceret quo apparatu se accingere quemque ad novam provinciam oporteat. Id vero hoc magis flagitare ab eo cœpi quoties

B sermo

ſermo in aliquod utile conſilium incidit, quod plerisque ne quidem venire in mentem intelligebam. Sic memini eum v. g. haud raro in colloquiis mirari, cur medicina & naturæ ſcientia tam lentos caperet progreſſus? Quodſi, inquit, ſinguli medicorum filii inde a juventute vel unam plantam, unum animal, unum minerale diligenter inveſtigandum ſibi ſumſerint, aut ambigue venditatas corporum vires v. g. ſympatheticas quas vocant, experimentis circumſpectis ſub examen vocarint, brevi nos abſolutiorem hiſtoriam & ſcientiam naturæ artiſque ſalutaris habituros. Hæc & alia hujus generis plurima cum ſæpe inſpergeret ſermonibus conſilia, & privatim quoque variis ſuppeditaſſet, ac non ſine fructu publice proponi poſſe judicaret ipſe, eo tamen præcipue ab inſtituto ſe avocari dixit, quod conſilia ejusmodi bene multa ab adoleſcentibus quibus impertita fuerant, neglecta eſſe ſenſerat, & prope neceſſarium arbitrabatur, ut qui lubenter & cum ſtudio in aliquod inſtitutum incumbere debent, ipſi ſponte in eam cogitationem devenerint.

§. 9.

Eruditionis præcocis teſtimonia & ſpecimina.

Fabricius certe ipſe ſibi potiſſimum dux & auctor conſiliorum fuit, eoque maturius & intentius in ornandis literis elaboravit. Hinc antecellere commilitones ſuos, hinc multiplicem lectionem prodere, hinc magiſtris ſuis & ceteris Viris doctis innoteſcere, probari,

bari, atque in admiratione eſſe cœpit. Dignus adeo habitus, qui ſtatim poſt acceſſum in Academiam An. 1686. d. 27. Nov. Decano *Adamo Rechenbergio*, octodecim annos natus inter Baccalaureos Philoſophiæ reciperetur, deinde vero An. 1688. d. 26. Jan. Decano *Johanne Schmidio*, Philoſophiæ Magiſter renunciaretur. *Samúel Schmidius* ejus Præceptor in literis An. 1688. d. 27. Sept. ad ipſum datis laudat ejus epiſtolam *quod exquiſitam quandam, vereque reconditam eruditionem & πολυμαθέιαν omni ex parte ſpirarit.* Tum & *Joh. Gothofredus Herrichen*, diſcipulum quondam ſuum Magiſtri inſignibus ornatum hoc epigrammate affatur: (x)

Ὠδάριον φωνῇ γεγραμμένον ἑλλάδι πέμπω
 Φαβρικίῳ σαφέως τήνδε νοοῦντι βοήν,
Ὃς νόος ἡμετέρῳ πεπονημένος ἔσκε λυκείῳ,
 Οἷος Ἀριϛοτέλης ἔσκε Πλάτωνι πάλαι.
Αὐτὸς, ἐὰν ζήσῃ, δύναται ταῖς Λείψισι Μούσαις
 Ἄλλος Ἀριϛοτέλης, ἄλλος ἔμεν τε Πλάτων.

Joachimus vero Fellerus tam egregiam in eo doctrinam tamque excellens ingenium deprehenderat, ut in carmine Candidatis Magiſterii ſcripto An. 1688. illi admodum juveni inſigne hoc tribuat elogium: (y)

(x) Exſtat illud Carmen, cum ſeparatim Lipſiæ 1688. 4. Stanno Koleriano, tum inter *Herrichii* ſeu *Cyrilli Poëmata.* p. 280.

(y) Carmen *Felleri* inſcriptum eſt: *Italia erudita in Miſnia*

Erro, an Reinesium nobis dabit ille secundum,
Barthiadæque parem Criticum? sic ominor. - -

Quod non vane illum ominatum esse, eventus satis comprobavit. Jam adeo prodire in lucem & eruditionis specimina publice cœpit ostendere. Nam Anno 1688. dissertationem edidit, quæ σύμμικτα περὶ τῶν ἑβδομήκοντα, (i. e. de numero septuagenario,) inscribitur. Mox An. 1689. *Grammaticam Græcam Welleri emendatam & auctam variis in locis*, licet presso nomine suo, vulgavit. Eodem Anno lucem vidit ejus *Decas recentiorum scriptorum*, it. *Defensio Decadis*, nec non *Decas Decadum, s. Plagiariorum & Pseudonymorum centuria*, cum Exercitatione de *Lexicis Græcis*. An. 1691. *Ludovici Cappelli Historiam Apostolicam*, & libros Apocryphos V. Testamenti jussit prodire. Disputavit iterum *de cavillationibus Stoicorum* An. 1692. & tertium *de Platonismo Philonis Judæi contra Jonsium* An. 1695. Quanquam vero, præter Philosophiam & humaniores literas, ad Medicinam initio animum appulisset, tamen excellentissimo *Bergero*, quem unum sibi audiendum duxerat, Lipsia evocato, totum se ad Theologiam convertit. Hinc duas orationes habuit in Templo Paulino, alteram *die festo Reformationis Lutheri*, alteram *de Resurrectionis Christi evidenti veritate*. Concionatus

snia, prodiitque Lipsiæ 1688. ubi num. VII. hoc elogium reperitur.

natus etiam eſt ſæpiuſcule in Collegio Concionatorio quod Lipſiæ hodienum floret, & diebus Jovis conventus ſuos & exercitia inſtituit. (z) Quater autem diſputavit in Theologicis, ſemel ſub *Georgii Moebii*, bis ſub *Valentini Alberti*, ſemel ſub *Jo. Ben. Carpzovii* præſidio. Publicis vero illis doctrinæ documentis factum eſt maxime, ut mox inclareſcens *Jo. Mollero* in *Homonymoſcopia ſua*, *Juvenis eruditus* & *κριτικώτατος* audiat; (a) & a Venerando *Jo. Chriſtophoro Wolfio* in *Primitiis Flensburgenſibus* (b) cum ejusmodi præconio, quod etiam ſeni Fabricio honori fuit, inter *Præcoces Eruditos* referatur; quod pariter exemplum ſecutus eſt Magnificus *Jo. Klefekerus*, in ſcripta a ſe quondam *Bibliotheca Eruditorum præcocium*. Et ſane *Fabricius* ipſe, in Præfatione ad *Placcii Theatrum Anonymorum*, & in Bibliotheca Græca (c) ſcribit, ſe cum Decadem Decadum ederet, *admodum tunc juvenem fuiſſe, annos natum non amplius viginti*; credo facile, pro modeſtia Viri, non ut aliquid ſigulare in ſe fuiſſe ea ætate ipſe oſtenderet, quod omnino fuiſſe alii intelligunt, ſed ut erratorum ſi quæ fuerint eo citius veniam impetraret. Enim vero & in Decade recentiorum ſcriptorum

 eru-

(z) De honore inſigni, quem Viri beati memoriæ nuper præſtitit Nobiliſſimum hoc Collegium, dicemus infra.

(a) *Mollerus.* p. 5. & p. 285.

(b) *Wolfius.* l. c. in Orat. de præcocibus eruditis. p. 11. ſq.

(c) *Fabricius.* Vol. VI. p. 370. not. **

erudite quidem & vere, ſed liberius, Viros non ignobiles caſtigaverat; quod quam alienum fuerit ab animo ejus virili ac ſenili, teſtantur ſatis quæ fronti hujus libelli poſtea adſcripſit, in quibus præter alia hæc ſunt, ex Seneca, Troadibus: *Juvenile vitium eſt, regere non poſſe impetum. Ætatis alios fervor hic primæ rapit.* Addit: *Deo juvante conabor ἄλλοισιν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖσθαι ψόγον.* Quod cum præſtiterit abunde, habemus potius, cur licentiorem impetum juventutis Viro beato gratulemur. Nam hoc ipſo effectum eſt, cum primum ſe repreſſit, ut per omnem vitam ab acerbis aliorum cenſuris abſtinendum ſibi duceret, & cenſuras ejusmodi in ſe jactatas aliis facile condonaret, itaque ſine offenſione cujusquam blande monendo felicius corrigeret alios, monita aliorum æquo animo admitteret, nec ſcriptis contentioſis tempus terendo, bonas horas elaborandis tot monumentis ætatem laturis eripi ſibi pateretur.

§. 10.

Non moroſus præ diligentia. Amicitia Lipſienſes.

Quodſi quis vel Diſſertationes illas quas commemoravimus, præſertim vero Decadem Decadum cum adjuncta hiſtoria Lexicorum Græcorum inſpexerit, ex copioſa Auctoris & cum judicio digeſta lectione haud gravatim intelliget, ætatem illi florentem non in molli otio, interque luxuriantis juventutis conſortia traductam eſſe. Facilius credet, cauſam fuiſſe Samueli Schmidio, cur in Literis ſuis ad

ad Fabricium, ſupra jam commemoratis, cum, ut modum ſervaret in ſtudiis, hortaretur. Quin ſi quis etiam reputet, jam eo tempore maximorum operum poſtea perfectorum fundamenta ab ipſo jacta & materiam non exiguam congeſtam fuiſſe, næ is vereor ut Fabricium juvenem abditum potius & ſepultum inter mortuos, vivorum ſocietate ultro caruiſſe arbitretur. Sed ab hac moroſitate & intempeſtiva diligentia alienus fuit per omnem vitam, nec Lipſiæ abſtinuit ſuavi lectorum familiarium conſuetudine, qua poſt laborem recrearetur. Vt enim Viros Profeſſores taceam, quos adiit frequenter, habeo in manibus epiſtolas familiares plurimorum ad Fabricium, qui veteres cum ipſo amicitias Lipſienſes recordantur; in quibus facile eminent *Jo. Gideon Gellius* Dresdenſis, Scholæ patriæ ad D. crucis Conrector, *Chriſtian. Junckerus* Gymnaſii Altenburgenſis Director & sereniſſ. Saxoniæ Ducum Hiſtoriographus. *Paulus Chriſtianus Hillſcherus* S. Theol. Baccalaureus, & Eccleſiæ Palæo- Dresdenſis Paſtor. *Henricus Pippingius.* Paſt. primarius aulicus ac Conſiliarius Eccleſiaſticus Saxonicus, *Jo. Georg. Pritius*, Senior Min. Francofurtanus, *Joh. Frickius*, Paſtor Ulmenſis, *Abrahamus Groddeckius*, Prof. Gedanenſis, ceteri. Nemine autem familiarius unquam uſus eſt B. *Gottfrido Oleario*, ornamento poſtea Lipſienſis Academiæ variisque pulcherrimis ſcriptis celebri, cum quo ſibi intimam neceſſitudinem

interceſſiſſe, & de rebus ab utroque lectis & obſervatis, aliisve non injucundis, quotidie fere, vel inter deambulandum, vel in muſeo, ſermones collatos eſſe, etiam cum voluptate recordabatur ſenex. Quod ipſum quoque teſtatum dare voluit vir beatus in carmine quodam de ſe ipſo, quod inter ejus ſchedas, ſed, quod maxime doleo, imperfectum reperi, ubi tenerimum ſenſum amoris Olearii ita prodit: (d)

Inter amicitias GOTTFRIDI OLEARII imago
Per vitam occurrit charior una mihi.
Quot gratos tecum me olim deducere ſoles
Commemini, cum nos jungeret æquus amor?
Æquus amor probitatis, & æquus amor ſtudiorum,
Atque inter noſmet mutuus æquus amor.
Poſt quoque disjungi nos ex quo contigit, unus
Hæſiſti ſemper menti animoque meo.

§. II.

Hamburgum profe- Scilicet Annus 1693. maxime nobis memorabilis eſt, quo Fabricius Lipſiæ amicisque

(d) Videtur hoc carmen compoſuiſſe, cum Olearius adhuc viveret; nec enim omiſiſſet mortem ejus acerbe lugere. Ipſe vero Fabricius videtur tum gravi aliquo morbo decubuiſſe, ut infra apparebit.

que tantiſper valedixit, & non ſine divino numine & inſigni emolumento hujus urbis iter Hamburgum ſuſcepit; conſilio quidem, quantum in ipſo erat, non alio, quam ut ad ſuos conſanguineos inviſeret, atque deinde aliis itineribus in exteras regiones confectis in patriam reverteretur. Sed cum primum ad avunculum *Gerhardum Corthumium* Paſtorem Bergedorffenſem in vicinia noſtra divertiſſet, hinc ſæpiuſcule Hamburgum excurrens, vel invitus ſatis diu Bergedorffii hærere coactus fuit; nam miſſas eo literas *Valentini Alberti* & *Dan. Severini Sculteti* reperio à 30. Maji An. 1693. uſque ad 8. Martii Anni 1694. Cauſa quidem hujus moræ ſatis acerba fuit Fabricio, quod præter opinionem certior fieret a Tutore ſuo Valentino Alberti, patrimonium haud nimis lautum, quod ſcilicet mille Joachimicos parum exceſſerat, ſumtibus adhuc factis omne abſumtum eſſe, adeo ut jam ad 83. Joachimicos in ære Tutoris ſui eſſet. Teneo tamen epiſtolam Fabricii ad Valentinum Alberti nihilo minus plenam tenerrimæ pietatis erga hunc Tutorem ſuum, qua ne verbulo quidem querulo prodit, ſe ſuam ſortem ægre ferre, ſed conceptiſſimas illi pro paterna educatione & cura gratias perſolvit. Neque erat omnino culpæ quicquam quod Viro vere probo & optime de ſe merito exprobraret, quod vel rationes ad teruncium ſubductæ probant; niſi forte diceres, citius moneri Fabricium de re-

Aus tandem a Mayero excipitur.

rum ſuarum conditione potuiſſe. Verum ſi id factum eſſet, Hamburgum proficiſci Fabricius forte non eſſet auſus, quem tamen urbi noſtræ gratificari volebat divina providentia. Sic in vita non minus privata quam publica a rebus minimis ſæpe, & errore humano admiſſis, maximæ converſiones pendent, & nihil proſpicientibus mortalibus a ſupremo numine ad optima quævis diriguntur. Accedebat huic inopinato caſui, quod ſpe Stipendii tribuendi a Conſiſtorio ſupremo Dresdenſi, quam Albertus oſtenderat, excidiſſet. Vnde ſubſidia vitæ & ſtudiorum circumſpiciens Fabricius, cum interea ſummo Theologo *Jo. Friderico Mayero* innotuiſſet, oblatum ſibi ab eo hoſpitium lubens accepit, præcipue quod in inſtructiſſima ejus Bibliotheca, cui præeſſe debebat, amplum ſibi campum promovendæ eruditionis aperiri animadverteret.

§. 12.

Vt quinquennium apud Mayerum collocaverit.

Ab Anni itaque 1694. die 13. Jun. per majus quinquennio ſpatium in ædibus B. Mayeri ſubſtitit, & ſtudiis literarum gnaviter dedit operam. Habebat, præter hoſpitem ipſum ſumma eruditione conſpicuum, contubernales & commenſales Viros doctos, quos ſequi, quibuſcum certare, quos anteire poſſet, ut in ipſum Apollinis & Muſarum domicilium translatus, & reſtitutus priſtino vitæ generi videretur. Atque hic inprimis *Biblio-*

bliothecam ſuam *latinam*, tum *Marinum de vita Procli* altera parte auctiorem edidit, *Johannis* quoque *Schefferi* Miſcellanea, cum elogio auctoris & Scriptorum ejus recenſione, recudenda curavit. *Manethonis* item *Apoteleſmatica* cœperat prælo committere, cum verſione metrica & brevibus ſcholiis; totum abſoluturus libellum, niſi ejus inſtitutum *Jacobus Gronovius* antevertiſſet. Taceo ea quæ ad Virum clariſſ. *Joh. Hudſonum* transmiſit, *Dicaearchum de monte Pelio* ἀνέκδοτον & *Iſidori Characeni Stathmos Parthicos* ex codicibus MS. auctos & emendatos. Interea nec a concionando ac diſputando abſtinuit. Nam ab An. 1692. die 24. Menſis Aprilis in æde Jacobi per quadriennium & trimeſtre integrum ſingulis mercurii diebus conciones matutinas habuit, alio quoque tempore aliisque in templis ſubinde verba ſacra faciens. Diſputavit vero Kilonii An. 1695. menſe Auguſto ſub præſidio Venerandi Hoſpitis ſui *de Alogo ſive irrationali Logica Pontificiorum*, præſentibus duobus ſereniſſimis Cimbriæ & Brunſuicenſium Ducibus.

§. 13.

His rebus factum eſt, ut cum apud Hoſpitem & Patronum ſuum multum valeret gratia, magnoque eſſet in pretio, tum apud ceteros Viros doctos qui Hamburgi aliisque in locis florebant magnam exiſtimationem conſequeretur. Accedebat candor viri cum inſigni

Ope potiſſimum Mayeri Patroni Profeſſor eligitur.

ſigni modeſtia conjunctus, quo ille ſe adeo probavit ſingulis atque univerſis, ut cum inter quatuor Theologos noſtros celeberrimos controverſiæ non ſine magna animorum contentione agitarentur, Fabricius tamen, Mayero hoſpite ſciente, ceterorum Theologorum ædes ſemper ſibi patentes haberet, & ſine ullius ſuſpicione a ſingulis, ut erat, pro amico reputaretur. Tantum conjuncta cum ejus meritis ſinceritas, taciturnitas, & alienus à partium ſtudio animus potuerunt efficere. Mayeri vero inprimis in ſe amorem ſingularem ac voluntatem plane paternam expertus eſt. Nam is Fabricium Anno 1696. comitem ſibi itineris in Sueciam adjunxit, & facultatem illi comparavit affandi Regem *Carolum* XI. Quo etiam itinere ad celeberrimos ejus nationis Viros, *Laur. Normannum*, *Guſtavum Peringerum*, *Eliam Obrechtum* faciliorem nactus eſt acceſſum. Poſt reditum, connitente potiſſimum eodem Patrono Mayero factum eſt, ut ab ampliſſimo Collegio ſcholarchali maxima Fabricii haberetur ratio, cum Anno 1699. B. *Gerhardus Meierus*, Logices ac Metaphyſices adhuc in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſor, Quedlinburgum abiiſſet. Inſtitutum tunc fuit, ut qui munus iſtud vacuum ambirent, publice ſine ſocio Reſpondente diſputarent. Igitur *Jo. Chriſtianus Ferdinandus Stollbergk.* M. D. die 19. Jan. Diſſertationem *de utilitate & neceſſitate Logicæ & Metaphyſicæ*, *Fabricius* noſter d. 24. Jan. *ſpecimen Elencticum*

hiſto-

historiæ Logicæ, cum Quinquagena Thesium Logicarum & Metaphysicarum, M. *Augustus Wolfius*, Facul. Philos. Wittebergensi Adjunctus d. 31. Jan. *Positionum Metaphysicarum & Pnevmaticarum Dodecadem*. M. *Sebastianus Edzardus*, Fac. Philos. Witteb. Adjunctus d. 7. Febr. *Theses Logicas & Metaphysicas* e cathedra Gymnasii nostri defendit. Sed cum præcipua Fabricii atque Edzardi esset exspectatio, sparta in suffragiorum paritate sorti adjudicanda relinquitur, quæ favit tum Edzardo d. 7. Martii. Eodem vero Anno *Vincentius Placcius* J. U. L. Eloquentiæ & Philosophiæ Practicæ Professor dignissimus moritur. Is mortem suam appropinquantem videns, die 5. Jan. dato ad Scholarchas libello supplici, M. *Georgium Raphelium*, Superint. hodie Luneburgensem, editis ad N. T. observationibus Clarissimum, Successorem sibi eligendum commendaverat (e). Nempe Fabricio suo, ut tum spes affulgere videbatur, jam certissime consultum credebat, imo munus Professoris Logicæ ac Metaphysicae jam gratulatus erat. Sed cum res aliter cecidisset, quippe

(e) Id eo confidentius facere poterat Vir egregius, quod nonsolum insigni legato pecuniario de Gymnasio ejusque juventute bene meritus erat, sed & apparatum suum librarium Bibliothecæ publicæ legaverat; (vide Vitam Vinc. Placcii Theatro Anonymorum & Pseudonymorum præmissam a Fabricio.) unde scriptos manu sua libros laudato Raphelio, percharo sibi Discipulo, edendos in lucem commiserat.

pe Fabricio jam a longo tempore vel maxime favens, cum quo & de rebus eruditis contulerat, instituto per hebdomades conventu, ei locum non invitus reliquit; quod fecit, die 6. Aprilis placide animam DEO reddens. Igitur eodem Patrono suo Mayero urgente, Fabricius d. 13. Junii. communibus suffragiis in B. Placcii locum suffectus d. 29. ejusdem mensis munus nuper in se collatum habita oratione *de Eloquentiæ Epicteti ratione & præstantia* ingreditur. Ejusdem quoque Mæcenatis sui auctoritate & hortatu commotus paulo post summos in Theologia honores Kilonii suscepit (f), habita d. 30. Sep. sub Mayeri præsidio Disputatione, *de recordatione animæ humanæ post fata superstitis.* In omnium manibus versatur hæc Disputatio, quater minimum recusa cum Mayeri Programmate: unde & ignorari non potest, quo pacto in Fabricium affectus fuerit Mayerus. Prædi-

(f) Titulus Doctoris Theologiæ fefellit Auctores Ephemeridum Eruditorum (*Journal des savans*) Anno 1705. p. 460. edit. Belg. enarrantes codicem Apocryphum N. T. ut pro *Professore publico* reponerent *Professeur en Theologie.* Atqui successit Fabricius in locum Placcii Juris utriusque Licentiati. Quo magis apparet, ejusmodi titulos honorum ex Academia petitos, nihil apud nos habere cum munere Professoris Gymnasii commune. Generatim igitur monendi sunt Exteri, Gymnasium nostrum, licet a Schola seu Johanneo prorsus distinctum, tamen humanioribus literis & Philosophiæ tantum, non vero Facultatibus quæ vocantur superioribus dicatum esse.

Prædicat enim inter cetera, eum non paucis viris doctis intra & extra Germaniam innotuisse, qui commercium literarium cum ipso instituere vel etiam in scriptis suis ejus honorificam mentionem facere sint dignati. Denique in illum convenire dicit illud *Jani Nicii Erythraei* de *Francisco Panicarola* judicium: (g) *De quo si quis dixerit, tanto eum ingenio esse, ut quæcunque sunt in liberalibus disciplinis posita intelligentia comprehendat, si quis commemoret, tanta eum industria studioque exstitisse, ut omnes omnium libros, quorum numerus vix iniri potest, quorumque indicibus legendis vix longa unius hominis vita sufficiat, diligenter evolverit, ac notis in eorum marginibus adscriptis illustraverit, &c. latine non oratorie loqueretur.* Idem Mayerus postquam Hamburgo discesserat, pari amore Fabricium colere non destitit, in literis eum semper filii dilectissimi titulo compellans. Idem Fabricium absentem proposito lautiori salario 500. solidorum imperialium, ad se Gryphiswaldiam evocare conatus est. Denique paulo ante mortem, suam illi imaginem, amoris ad vitæ extrema constantis tesseram, dono misit. Quid mirum igitur, si tanti sui Patroni & Mæcenatis memoriam Fabricius vicissim ad cineres usque veneratus est, si excellentes naturæ ejus & ingenii virtutes prædica-

(g) *Erythræus* Pinacotheeæ, p. 81.

dicavit, si quæ vitio illi vertebantur quantum poterat defendit, emollivit, excusavit?

§. 14.

Diligentia in munere. Ita Patriæ nostræ vindicatus cum honore Fabricius, vel suæ potius & majorum suorum postliminio restitutus, cujus scilicet abavus maternus jam sacro munere Hamburgi functus erat, (h) maximo vicissim eidem ornamento esse cœpit. Nam primum, quod præcipue muneris ratio flagitabat, formandæ ad humanitatem juventuti admodum sedulo dedit operam; adeo ut per septem & triginta annos vix unquam, nisi morbo impeditus, (quod bis aut ter ad summum contigit,) horulam suis prælectionibus detraxerit. Memini vero eum, ut exemplo mihi suo animum ad laborem adderet, sæpiusculе dicere, se primo muneris sui decennio decem fere quotidie horas docuisse, altero pariter decennio, modo decem modo novem aut octo horas impendisse prælectionibus, tertio etiam decennio non destitisse septem ad octo horas juventuti tribuere; donec quarto decennio sensus virium decrescentium jussisset quinque quatuorve horis se continere, & ut frequenter ajebat, laborem ad juniores semet ultro transmittere. Quæ tanta tamque continua exercitatio, cum vel sola robustissimi cu-

(h) Vide quæ dixi supra ad §. 5. (l) De *Jodoco Corthumio.*

cujusque & excitatissimi latera animumque frangere possit, vix credibilis videatur exteris, in tam diffusa librorum lectione, omnis generis historiam artesque & scientias pervagata, in tanta item multitudine laboriosissimorum librorum ab ipso scriptorum. Nam quæ literis prodidit, tantæ sunt industriæ, ut qui ea mente animoque perlustret absens, nihil auctori a scribendo temporis ad prælectiones superesse potuisse facile judicet. Sed & qui præsentes prælectionibus ejus continentibus & negotiis ceteris interfuerunt, stupentes fatentur se nescire, quando aut qua ratione tot utilissimis scriptis vacare elaborandis potuerit. *Ego certe,* inquit Johannes Fabricius, Abbas, (i) rerum ejus non ignarus, *sæpe miror, qui fieri possit, ut viro lectiones suas obeunti, in urbe frequentissima habitanti, ubi quodidie sunt admittendæ sive incolarum sive peregrinorum salutationes, frequenti literarum commercio distracto, & mille aliis negotiis immerso, tantum sit otii, ut tam multa, tam diversa, tamque insignia meditari, scribere, recognoscere, atque in lucem proferre valeat.*

§. 15.

Sane accessit his, quod facillimi aditus esset vir humanissimus non modo peregrinis, quorum *Varia occupa-*

(i) *Joh. Fabricius* in Hist. Bibliothecæ Fabricianæ P. VI. p. 136. f. occasione Bibliothecæ græcæ Joh. Alb. Fabricii.

tiones acce- dentes. rum mihi testes hujus rei per omnem Germaniam reliquamque Europam superesse quam plurimos non dubito, sed & juventuti humanitatis studiosæ, quam juvare consiliis librisque suppeditandis, & emendandis exercitationibus etiam non injunctis, haud invitus solebat. Literas vero ut ægerrime scribebat eas, quæ nihil præter inanem amicitiæ significationem continerent, ita permultas scripsit ejusmodi, quibus ad propositas sibi a Viris doctis quæstiones, non minus erudite, sed eo majori temporis dispendio, responderet. Præter hæc, singula folia librorum a se editorum, ut prælo exierant, bis manu sua ipse correxit, idque ipsum sæpe rogatus in libris aliorum, & suorum librorum repetitis editionibus, præstare non recusavit. Supervenerunt his occupationibus ab Anno 1708. per quadriennium labores scholastici, cum scilicet Scholæ simul Gymnasio vicinæ Recturam suscepisset. Quanquam enim operæ hæ scholasticæ numero illo decem horarum ante dicto comprehendantur, tamen diversitate studiorum & auditorum animus necessario distrahebatur. Styli certe exercitationes, in quibus utraque ætas & Scholæ & Gymnasio dicata vel maxime elaborare debet, non exiguum tempus domi expurgandis & poliendis elaboratis requirebant. Nec paucas toto illo spatio cum ab ipso tum a discipulis publice orationes esse habitas constat, in quibus sunt præter Panegyricum Augustissimo

ſimo Imperatori Carolo VI. dictum, inprimis illæ quæ ad quinque Jubilæa celebranda ſpectant: (k) primum feliciter tranſacti ſuperioris ſæculi, publice dicente *Franciſco Wolfio*; alterum Anni 1713. in memoriam inſtituti ante centum annos Gymnaſii, in quo poſt ipſum Fabricium ſeptem Gymnaſii cives verba fecerunt; tertium Anni 1717. ob Evangelii lucem per Lutherum reſtauratam, quo pariter præſantem Fabricium duplici actu oratorio XXII. juvenes ſecuti ſunt; quartum, quo memoriam ſuſceptæ Hamburgi Anno 1528. purioris doctrinæ recoluit Celeberrimi Collegæ mei *Michaelis Richey* filius *Johannes*, qui jam de communi Patriæ ſalute obeunda legatione egregie meretur; quintum denique Auguſtanæ Confeſſionis, quo Orationem Fabricii & octodecim juvenum audiſſe recordamur. Ad has hujusque generis Panegyres, item funera ſummorum Virorum frequentanda, habemus ſcripta ab ipſo varia Programmata; habemus etiam ſelecti omnes argumenti Diſſertationes non paucas in Gymnaſio publice inſtitutas. Denique, quis omnia hujus generis ſigillatim perſequatur, quibus vix plurium ſufficere labor videbitur? Quædam certe attuli ideo, ut qui multitudinem utilitatemque

 labo-

(k) Ipſe Vir beatus has dignas memoratu judicavit inter ceteras, in Exordio Orationis Jubilææ de Auguſtana Confeſſione, quæ exſtat in *Pietate Hamburgenſi* ſ. Memoriar. Hamb. Vol. VI. p. 99. ſq.

laborioſiſſimorum ejus ſcriptorum admirantur, nil quicquam eum obeundo muneri detraxiſſe, ſed voce non minus profuiſſe quam ſcriptis intelligant.

§. 16.

Ingenium Viri excellens. Merito autem quis ex me quærat: quibus tandem artibus, aut quo compendio uſus Fabricius tot laboribus ſufficere unus potuerit, & officinas præſertim librarias inſtruere tot egregiis ſcriptis, cum illum jam tot curis diſtractum tenuerit publica docendi provincia? Quare faciendum non putavi, quin virtutum animi ejus & agendi rationem quanquam vix imitandam, quantum potis eſt, proponerem. Ante omnia vero cogitari debet, contigiſſe Viro divinitus plane excellens ingenium, quod & celerrime comprehenderet perſpiceretque lecta, & fideliter retineret, & dicenda ac ſcribenda promte ſuggereret. Enim vero dici vix poteſt quam volubili mente oculoque, nec minori utriusque acie, libros omnis generis percurreret, cum nullam facile partem eruditionis relinqueret intactam. Prope quaſi ſola ea quæ nova, memorabilia, ſolida, utilia ſunt, objecta legenti fuiſſent, ita cetera trita vel inania ſubito, velut non ſcripta fuiſſent, transvolabat, illa vero una intuebatur; illa, ut facilius olim invenirentur, atramento ſubducebat, margini quæ in mentem venerant adnotabat, ad libros ſibi familiares quibus circumfuſus erat referebat.

Quæ

Quæ tamen celeritas in legendo mirifice promota eſt vaſta illa, & acri digeſta judicio doctrina, quam jam diu mente complexam habebat, qua olfacere ſubito & diſcernere profutura ab inutilibus, vera a falſis, noverat. Ferebatur præterea, ut ad legendum ita ad omnem ingenii exercitationem, alacri & concitato impetu, otii vel maxime impatiens, non diu moliens, ne momentum quidem vacuum ſibi, ſine linea dimittens. Inerat vero in eo tanta vis animi, ut ea ne ſolidos quidem eosdemque continuos dies legendo, meditando, ſcribendo, frangeretur aut hebeſceret, quin ali & confirmari cum voluptate videretur. Jam vero, quæ avida mente hauſerat & concoxerat, hærebant etiam, & fideli memoria tanquam venis & medullis excepta ſervabántur. Nam quantum hac virtute ingenii valuerit, vel inde intelligi poteſt, quod de rebus ad hiſtoriam omnem præſertim literariam ſpectantibus non minus expedite & vere diſſereret, ac ſi ſcripta omnia virorum ac librorum nomina, ætates, loca, haberet ante oculos. Quin & ipſa illa, quæ memoriæ ſublevandæ inſtituerat, adverſaria, ſic comparata erant, ut diſtribūta & diſperſa per plurimos libros librorumque loca, vix cuiquam niſi argumentorum & locorum communium probe memori, opportunum receptaculum præbere potuiſſent. Librorum vero ſuorum, hoc eſt circiter 20000. voluminum, ſupellectilem, non magis pluteis quam mente ſecun-

dum classes artium dispositam habebat, ut quem vellet librum quæsiturus vix unquam frustra tentaret forulos. Catalogo enim Bibliothecæ nullo instructus erat, præterquam Disputationum exiguæ molis, quas nulla habita argumenti ratione, ut in manus venerant, junctim compingi jubebat ocius, quo sine mora perlustrari possent. (l) Hunc ambitum variæ doctrinæ mente complexus, hæc instrumenta eruditionis in promptu habens & familiaria, inveniebat etiam celeriter, quibus rebus amplificari res literaria posset. Nam & juvenis admodum, suam ipse secutus perspicaciam, nemine monente, finxe-

(l) In colligendis ejusmodi Disputationibus & libellis, alii alia ratione versantur. Sunt qui singula incompacta servant, donec justum volumen unius argumenti collegerint; sunt qui compacta in ordinem argumentorum disponunt; vidi etiam, qui singulas paginas Voluminis Disputationum numeris continuis inscribunt. Quæ cum moram modo minorem modo majorem injiciant studiis, expeditior methodus videtur Fabricii, qui conjecta celeriter sine ordine in unum volumen, sic facile in ordinem redigebat, ut singula Voluminum Alphabeta distingueret suis literis in exteriori parte ligaturæ, primum v. g. A. B. C. &c. alterum Aa. Ab. Ac. tertium Ba. Bb. Bc. & sic porro. Deinde numeraret Disputationes & libellos in titulis singulorum. Cetera haberet Catalogum Alphabeticum, in quo pariter ut in adversariis hoc modo citata facile inveniebantur: v. g. Bf 9. p. 21. est tertii Alphabeti. Volumen sextum, Disputatio nona, pagina Disputationis vicesima prima.

xerat jam animo operum moliendorum notiones, & vir ſenexque plura etiam & majora mente volvebat; ut ſi Deus ipſi vel longisſimam inter mortales vitam conceſſiſſet, hæc ipſa tamen intra ingenii molimina fuiſſet. Hinc & noſtrorum bibliopolarum vel paupertatem accuſabat vel metum, quibus ipſe ab edendis in lucem pluribus & majoribus retineretur. Quæ cauſa eſt, cur ad Petrum van der Aa, vaſtorum ejusmodi conatuum feliciſſimum & inventorem & promotorem ſcribat: (m) *Soleo ſæpe dicere ad amicos, ſi intelligentium animoſorumque Bibliopolarum, quarum Tu Alpha es, Muſis integrum præſto eſſet Alphabetum Tui ſimile, quantum decus literis accederet, quantum animorum adderetur eruditis, ad maxima quæque & difficillima ſuſcipienda.* Ad proferenda vero in medium, quæ mente conceperat, Fabricius juvabatur mirifice, quod ſine anxia cura verborum, neque eo minus eleganter, ac digne, & naturæ rerum convenienter, cogitata exprimere valeret & ſine mora in chartam conjicere. Qua tamen re nihil ejus judicio & maturæ meditationi detractum volo, quæ omni facile ex parte ſe produnt in ejus ſcriptis, maximam partem in argumento critico idque feliciſſime & cum acerrima criſi verſantibus.

(m) In Dedicatione *Conſpectus Theſauri literarii Italiæ*)(3. a.

§. 17.

Indoles animi. Nescio etiam, quomodo pietatis virtutisque & bene compositæ mentis indoles fructum in omne vitæ genus diffundit uberrimum. Nam profecto, qui aliud quidvis quærunt in literis, quam ut se & alios meliores ac sapientiores reddant, gloriamque adeo Dei promoveant, næ illi in ipso illo literarum studio impedimenta sibi objiciunt gravissima, & proposito tamen scopo excidunt. Sic quos ambitio, æmulatio, invidia vexat, aut qui aliorum famam præ livore lacerant, aut quasi summa omnia promeriti essent sua sorte minus contenti vivunt, aut ira denique aliave mentis vehementi commotione perturbantur, proh! quantos sibi adhibent cruciatus, quibus animus sua tranquillitate motus a placido Musarum consortio avocatur, nec exsatiari tamen desideratis potest. Fabricius contra pietatis in Deum vivo imbutus sensu, bene cupere omnibus & singulis, publica commoda promovere sedulo, privatim inservire cuique, bene factis aliorum & gloria impetrata lætari, suam sortem cum tot infelicioribus contendere, nullum se beneficiorum divinorum promeritum existimare, de providentia summi numinis optima quæque sperare, omnia moderate ferre. Unde quid mirum est, quod nulla sollicitudine impeditus, libera & hilari mente sectari suavitatem studiorum potuerit contentius, & laudem vel non quæsitam simul assecutus sit abundantius?

§. 18.

§. 18.

Quemadmodum tamen ipſe vitio ſuo nullam temere literarum ſtudio moram injecit, ita viciſſim prædicanda eſt magnopere Dei benignitas, quæ illum proſpero & æquabili vitæ curſu, nullo graviore adeo caſu turbatæ, ſivit eſſe uſque ad extrema. Nam gaudebat primum per naturam valetudine corporis adeo inconcuſſa, ut prope intra triginta vitæ poſtremos annos eum ægrotaſſe non meminerim. Quæ tamen utique ſanitas corporis partem ſuam traxit, cum a placida mente, nullo ſuo impetu vehementiori gratum corporis hoſpitium perturbante, tum a moderata exercitatione ipſius corporis, in deambulando præcipue poſita, denique a temperatione cibi potuſque, modum ſeveriorem, ſaltem ratione multitudinis, interdum quoque inediam, ſervante. Nam ſi genera eduliorum ſpectes, ita animum induxerat, non facile qualitate peccari, ſanis ut eſt in proverbio omnia ſana eſſe, viresque aſſumto vario ſine diſcrimine cibo confirmari; eos vero qui ſibi neſcio quibus aut quot ciborum generibus velut parum ſalubribus interdicunt, molle & caducum corpus periculis objicere, ſi quando inſolitum victum capere neceſſitas jubeat; audiendos vero plane non eſſe vanos legum diætæ artifices, qui pleriſque omnibus cibis neſcio quam peſtem affricent, & mirifice ſecum ipſi diſcordantes poſtremo vix aliquos ſalubres cibos hominibus etiam ſanis relinquant.

Vita æquabilis & proſpera.

quant. Forte & ex ſententia ipſius Viri beati inter remedia tuendæ valetudinis numeres, quod a medicina omni niſi in morbis acutis abſtinendum ſibi duxit, naturæ corrigenda patienter relinquens, quæ moleſtiam quandam minari videbantur. Nam ut in præcipiti vitæ periculo præſens remedium adhibendum omnino ſentiebat, adhibueratque lubens ipſe, cum non diu poſt ſuſceptum munus febri acuta corriperetur, ita in leviori aliquo incommodo, vel morbis chronicis, hoc eſt quorum vera remedia cordati Medici ignorare ſe fatentur, gratiam exiſtimabat habendam medicinæ, modo ne conatum naturæ impediret, & vires jam debilitatas prorſus profterneret. Nequeo tamen hoc loco præterire, quantum ſe debere profeſſus ſit ſæpius potui ex fabis Turcicis præparato. Huic enim uni bis quotidie ſumto ferebat in acceptis, quod inſultus illi febriles, qui Virum initio ſub vernum tempus quotannis vexaverant, feliciter depulſi eſſent. Igitur per tot annos continuos vegeto uſus corpore Fabricius, rariſſime invaletudinem ſuis incommodam ſtudiis expertus eſt. Sed & optatiſſimæ tori ſociæ tribuendum eſt, quod nullis diſtentus curis domeſticis expedite progredi in laboribus inſtitutis potuerit. Contigerat enim ei divinitus *Margereta Schultzia*, inuſitæ manſuetudinis fœmina, ſingularis prudentiæ exemplum, cujus ſuavi conſuetudine ſicut a labore

re recreabatur mirifice, ita in administranda re familiari, in educandis liberis, adeo sublevabatur, ut nihil horum in quibus aliquid molestiæ positum est, pertinere ad Patrem familias, sed quæ placere ipsi possent ultro se offerre viderentur. Et quanquam eorum, quæ gererentur apud se, non esset nescius, quippe, quod mirabile sit, ad omnia vel minima attentus, tamen poterat procurationem domesticam judicio uxoris, velut ignarus omnium esset, tuto committere, nec nisi in rebus gravioribus, quid visum esset faciundum, vel interrogatus pronunciabat. Eodem quoque modo cetera pleraque, quæ vitam liberare turbis & otio literario addicere possunt, ex voto successerunt. Nam & domum commodam nactus erat vix decem passibus a Gymnasio disjunctam, quo brevi saltu ad publicas prælectiones obeundas ire & redire posset; & in hac ipsa domo Bibliothecam suam omnem per quinque continua conclavia unius contignationis explicatam ad manus habebat. Vivebat vero in urbe, cum ceteris rebus affluente, tum abundante librorum selectissimorum copia, qui præter officinas librarias, etiam auctionis lege satis parabiles acquiruntur; ne de iis dicam, quos amici exteri ejus rogatu lubentes conquisiverunt, & quos ipse scribendis libris sibi peperit. Habebat quoque discipulos haud paucos ita a se institutos, ut ipsorum opera aliquid temporis compendifacere posset, præ-

sertim

ſertim in Indicibus librorum ſuorum, addo & nonnunquam veterum ſcriptorum & ſcholiaſtarum faciundis. Cœterum ut ipſe erat vel maxime pronus in juvandis eruditorum voluntatibus, ita nec hi viciſſim ſuas Fabricio obſervationes & codicum manu exaratorum exempla aut collationes inviderunt, quorum in ſe benevolentiam, ubi res ipſa tulit, prædicare in ſcriptis ſuis non neglexit. Quemadmodum vero exteri certatim laudabant Fabricium & admirabantur, ita & in hac urbe ſatis multi juſtum pretium ſtatuere meritis ipſius noverant, & velut ornamenmentum urbis ſuſpiciebant, quod utrumque ei ut alacritatem & lætum animum ad ſua ſtudia afferret, magno fuit adjumento. Forte non immerito etiam ad ejusmodi commoda retulero ipſam muneris rationem, quæ ut invidiæ & contentionibus collegarum haud facile relinquit locum, ita ſuo quemque ſinit otio literario tranquille indulgere. Cui accedunt denique feriæ Gymnaſii noſtri non prorſus nullæ, quæ non modo Mercurii & Sabbathi diebus ab omni publica prælectione, & ipſorum horum dierum poſtmeridiano tempore a privata etiam nos liberant, ſed etiam ſexies aut ſepties per annum vacationem octidui aut quindecim adeo dierum a labore concedunt; quod ipſum ideo inſtitutum a Majoribus videtur, quo identidem aliquid continui temporis Profeſſoribus ad privata ſtudia relinquatur.

§. 19.

§. 19.

Quæ adeo omnia ut arridere nunc & velificari Fabricio videbantur, cum erat vel maxime intentus in literas, ita ipſe jam fructum induſtriæ juvenilis & ſtudiorum haud tumultuarie aut obiter inſtitutorum percipere cœpit. Velim enim mihi cogitetis, eum totam florentem ætatem, hoc eſt tempus in Academia & hoſpitio Mayeriano exactum, adeoque tria prope luſtra, in otio literario, inque tractandis haud perfunctorie libris utiliſſimis contriviſſe, ita vero legiſſe & meditatum eſſe ſingula, ut jam cui bono hæc olim futura ſint, animo præcepiſſet, denique quicquid uſui eſſe poſſet, ſollicite & accurate adnotaſſe iis in locis, unde commode expromere liceret. Ita credo haud difficulter perſpicietur, plura omnino & majora potuiſſe ab eo exſpectari, quam ſi nunc demum, cum ipſo per ſe munere occupatiſſimus erat, præterlapſæ ætatis reſarcire incuriam ſtuduiſſet, aut propter ſcopum ſerius viſum ſingula a ſe lecta retractare. Quin nihil opus erat nunc ab ovo ordiri vel actum agere, ſed ut ante congeſtis facile erat addere, ita illa ſe uſibus Fabricii ſponte quaſi & tantum non digeſta in ordinem offerebant. Adverſaria Viri dico, in quibus auctorum loca cum editionibus, paginis, & ipſis ſæpe verbis tanta cura tantaque fide perſcripta inveniebat, ut illa quam rariſſime ipſos fontes conſulentem fallerent. Non retulerat quidem omnia a ſe ob-

Excerpta mature congeſta.

obſervata in volumen unum, ſed per bene multos libros diſperſa atque ad eorum marginem adſcripta habebat. Difficile enim eſt creditu, quot libri iique varii generis manu ejus notati reperiantur; unde & interdum, quid aut ubi adſcriptum eſſet ſe non ſatis recordari dolebat. Sed id eo maxime contigerat, quod poſtquam ſemel cœperat aliquid conferre ad librum aliquem, deinde alium magis opportunum librum aut locum inveniſſe ſibi videretur. Præcipui vero hujus generis libri ita familiares ipſi, ita frequenti manu verſati erant, ut non temere quærendorum locus effluere ex memoria præſertim tam excellenti poſſet. Hoc in genere ipſi fuerunt *Matth. Poli ſynopſis Criticorum* præſertim quoad Vetus Teſtamentum, in Novo autem *Hugonis Grotii Commentarius* multis ab ipſo præclaris obſervationibus reſperſus: tum *Jo. Adami Scherzeri ſyſtema Theologiæ*, charta pura dicam, imo vero nunc confertis gemmis ipſius ornata, diſtinctum: *Martini* item *Lipenii Bibliothecæ*, præſertim Theologica, tum *Jacobi le Longii Bibliotheca ſacra*, ſeu ut ipſe eam dici malebat exegetica, varia jam ab ipſo librorum ſupellectile auctæ, *Jo. Leusdenii Onomaſticon* haud vulgariter locupletatum, *Guil. Cavei Hiſtoria literaria ſcriptorum Eccleſiaſticorum*, non contemnendis obſervationibus ornata. Taceo plures libros, cum ad ſanctiora ſtudia tum ad alias artes externas referendos, apud quos fructum lectionis & medita-

ditationis ſuæ depoſuit. Illud vero neutiquam prætereundum duco, quod editi ab ipſo Fabricio libri, tum & ad privatos prælectionum uſus ſcripti, optimum ipſi tandem præbuerint recondendis obſervationibus novis receptaculum. Illi vero ut maxime Antiquitatum, Philoſophiæ, Religionis Chriſtianæ & veterum ſcriptorum hiſtoriam illuſtrant, ita quæ ad recentioris libri vel auctoris addo & argumenti ipſius notitiam ſpectant, fronti ipſius libri, ſolebat appingere.

§. 20.

Ratio edendorum librorum.

Ita jam omni prope apparatu ad ſcribendum inſtructus, celeritate paucis imitanda rem aggredi ſolebat. Nam cum vix tres quatuorve plagulas libri edendi ad prælum paratas haberet, illico typographi operas exercere cœpit, atque interea dum priora typis excuderentur, ſequentia congerere. Quod ut exequi ſine ſuo incommodo aut mora typographi poſſet, effecit non tantum alacre illud & expeditum ingenium, promtaque ac fidelis memoria, ſed & ratio illa legendi atque lecta ad libros familiares referendi, de quibus adhuc demonſtratum eſt. Hinc cum pro multifaria eruditione totum jam ambitum & nexum argumenti animo complecteretur, vel etiam ſumma ejus capita in chartam conjeciſſet, haberet autem ſuos depoſitarios unde petere ſingulorum explicatam rationem poſſet, nihil erat moræ, quo minus æquo pede

in

in cœptis progrederetur. Multum quoque ad hanc ſcribendi rationem momenti attulit concitata ingenii indoles, quæ non patiebatur tantum intervallum temporis inter prima atque extrema ſcripturæ interponi, atque interea exſpectationem edendi operis diutius duci, aut forte ætatem integram in limando & prorſus perficiendo opere conſumi. Non ignorabat ipſe, primis librorum ſuorum editionibus, eorum præſertim qui ad rem literariam referuntur, multa deeſſe, ſed ne vel ipſe, vel lector, cœpti operis ſpe & fructu penitus excideret diu moliendo, gratius fore arbitrabatur eruditis, ſi aliquid ſaltem lectu non indignum aut prorſus immaturum daret, donec idem iterata luſtratione elaboratius prodiret in lucem. Atque hoc pacto utique evenit, ut jam tot tamque præclaris ejus ſcriptis fruamur, quæ ſecundis ejus tertiisque curis ad inſignem perfectionem perducta ſunt, aliis, quæ ex obſervatis ipſius ad marginem earum quæ proſtant editionum, ſupplemento haud exiguo augeri poſſunt; cum ſine hoc conſilio ipſe, a plerisque tam ſedulo & continuato labore conficiendis, præ tædio deterritus fuiſſet. Nec ipſe tamen Vir incomparabilis tam celerem ſcripturam in omni genere librorum tentavit. Nam quos edidit cum ſuis animadverſionibus auctores veteres, eos ſi non integros, certe maximam partem perfectos habuit ante quam typographo committerentur, qua de re teſtantur etiam notæ

ejus

ejus ad *Dionem Cassium*, quas prælo maturas reliquit.

§. 21.

Atque his quidem quas dixi viribus ingenii, hac indole, his fortunæ commodis, hoc apparatu diligentiæ juvenilis, hac methodo, Fabricius, præter multas suas & per se maximas muneris occupationes, tot libros utilissimos edere in lucem potuit, id quod explicandum mihi potissimum sumseram. Nam in vita virorum doctorum haud video quæ res gestæ vel majores vel explicatu digniores sint, quam quomodo literas artesque voce aut scriptis amplificaverint. Quare ut magnorum belli ducum gloria plurimis præliis cum consilio, virtute & celeritate feliciter pro patria debellatis, continetur; ut summi Principes legibus, institutis, jure dicundo, fœderibus bello paceque ad salutem civium factis, auctisque regni & imperii viribus, immortalitati commendantur: ita summorum inter eruditos ingeniorum ea est præcipua laus, ad reipublicæ literariæ incrementa, & ad artium, religionis ac virtutis disciplinam, quibus universum genus humanum omnisque posteritas fruitur, quibus ipsæ civitates publice privatimque ad felicitatem hominum natura dignam instruuntur, non parum præsidii attulisse & adjumenti. Nisi forte id intercedit discriminis inter eos qui summam imperii administrant, & qui cum Musis so- *Libri doctos faciunt immortales.*

D cieta-

cietatem inierunt, quod illi magnam partem rerum bene geſtarum fortunæ, hoc eſt iis caſibus, quos nec proſpicere nec regere conſilio poſſumus, debeant; hi autem fere ab ingenio, arte, virtute, diligentia, quæ magis ſunt in nobis poſita, præſidium omne nanciſcantur: quod illi decora belli paciſque, in quibus adjutores bene multos habuerunt, ſibi ſolis vindicent; hi niſi ex ſuis laboribus ſolidam ſibi polliceri gloriam nequeant: quod illis denique haud facile datum ſit prodeſſe niſi uni patriæ ſuæ, idque ſæpe numero non ſine multorum internecione & calamitate; hi ſi velint, utiles eſſe univerſis hominibus citra fraudem cujusquam poſſint. Quare licet Fabricius noſter ab illo ſplendore adminiſtrandæ Reipublicæ abſuerit multum, nec illi operam addixerit ſuam vel in providenda re frumentaria, vel in commerciis promovendis, vel in dijudicandis litibus, vel in libertate tuenda, vel in opprimendis ſeditiobus, vel in depellendo hoſte, aut exteriore religione conſervanda, quæ maxima omnino & præclara ſunt ſummorum Virorum in ſocietatem civilem merita; tamen hanc ſcio illi laudem nemo nec invideat, nec ſi inviderit eripiat, quod excellenti igenio & incredibili diligentia ſtudioque toti humano generi ſine cujusquam læſione profuerit per omnem vitam iis ſubſidiis, quæ ad alendos paſcendoſque animos, ad inventa totius antiquitatis cum omnibus communicanda, ad veri

veri rectique judicium, ad debellandam barbariem, superstitionem, atheismum, denique ad artes, sapientiam, virtutem, pietatem, religionem propagandas pertinent.

§. 22.

Ut vero insignem copiam monumentorum huc spectantium intuitu quasi uno vel obiter perlustrare liceat, paucis per classes argumentorum indicandum duxi, quibus in rebus se jactaverit maxime Fabricii industria. *Librorum editorum recensio.*

Veterum scripta edita & illustrata.

Libri *Apocryphi* Judith, Tobiæ, ceteri, cum Præff. In *Siracidem* commentarii ampli MS.

Pseudepigraphi V. T.

Apocryphi N. T.

Votum Davidicum Ps. LI. 12. Metaphrasibus redditum.

Ad *Aristeam* de LXX. Interpretibus notæ.

S. Hippolyti opera, partem edita ex MS.

Spicilegium *Patrum* sæculi III.

Philastrius de hæresibus, cum notis.

Josephi Christiani Hypomnesticon, ex MS. editum cum notis.

Eusebii quæ deerant in editionibus D. E. ex MS.

Juliani Imperatoris Epistolæ quædam ex MS.

Libanii Epistolæ quædam ex MS.

Sextus Empiricus emendatus & notis illustratus.

Dio Cassius similiter fere ad prælum paratus.
Marinus de vita Procli, altera parte auctior ex MS.
Chalcidius in Timæum Platonis, cum notis.
Nic. Damascenus de institutione Augusti. &c.
Dicæarchus de monte Pelio, ex MS.
Isidori Characeni Stathmi Parthici, ex MS. emendati, cum notis.

Ex Græco conversa latine.

Præter *Tobiam*, *Eusebii* fragmentum, *Hippolytea*, *Josephi* Hypomnesticon, *Marini* partem alteram. *Dicæarchum*, *Juliani* & *Libanii* epistolas;
Andreæ Cretensis de Publicano & Pharisæo.
Αναφορὰ Pilati. &c.
Jamblichi Protreptici pars.
Eunapii de vitis Sophistarum pars.
Manethonis Apotelesmaticorum pars, carmine.
Marcellus Sidetes de Medicina e piscibus, & alia Bibliothecæ græcæ inserta, de quibus curatius C. II.

Ad Historiam Ecclesiasticam.

Bibliothecæ Græcæ & Latinæ multa.
Bibliotheca Ecclesiastica, in qua ad Hieronymum, Gennadium & Trithemium &c. notæ.
De veritate Religionis Christianæ.
De propagatione Religionis Christianæ.

Cen-

Centifolium Lutheranum.
Dissertationes quædam.

Ad Hist. Antiquitatum & Literariam.

Bibliographia Antiquaria.
Ans. *Bandurii* Biblioth. nummaria notis & indicibus illustr.
Menologium s. de mensibus C. populorum.
Bibliothecæ Græcæ XIV. Volumina.
Bibliothecæ Latinæ III. Volumina.
Bibliothecæ lat. mediæ & infimæ ætatis V. Volumina.
Conspectus Thesauri lit. Italiæ.
Fabriciorum Centuriæ II.
Memoriarum Hamb. Vol. VII.
Decas Decadum.
Dissertationes quædam.
Libri aliorum plurimi ad XL. ab ipso editi, aut præfationibus ornati, quarum plurimæ sunt argumenti literarii.
Vitæ & elogia funebria ad XII.
Collegia MSS. ad generalem notitiam Auctorum, & vitas ac scripta Virorum celeb.

Theologica & Philosophica.

De Veritate Religionis Christianæ.
De Propagatione Religionis Christianæ.
Jo. Ad. *Scherzeri* systema, observationibus MS. confertis illustratum.
Mathematische Remonstration contra L. C. *Sturmium*.
Antwort auf H. *Sturms* fernere Ausführung.

Guil. *Derhams* Aſtrotheologia.

Ejusdem Phyſico-Theologia. ex Anglico.

Fenelonii Beweis das ein GOtt ſey. ex Gallico.

Hydrotheologiæ, Pyrotheologiæ, Aerotheologiæ ſciagraphia, germanice.

Hydrotheologiæ Libri III. germanice.

Diſſertationes aliquot & Programmata.

Collegia MSS. De orbe diſciplinarum, Logicum, Phyſicum, Ethicum, Juris Nat. De concordia J. N. & Theologiæ mor. Politicum generale & ſpeciale. De ſtudiis inſtituendis. De excerptis adornandis. Styli & oratoria.

§. 23.

MSS. ad alios transmiſſa.

His non immerito adjunxero ſubſidia illa Codicum MStorum aut collationum ex Codicibus MStis, quibus transmiſſis Fabricius Virorum clariſſimorum labores in edendis Veteribus Scriptoribus liberaliter adjuvit. Sunt autem Veteres illi ſcriptores fere ſequentes.

Sedulius Chriſtoph. *Cellarii*, qui a Fabricio accepit editionem Pulmanni collatam cum MS. Cantabrigienſi & alium codicem ab Nic. Heinſio cum MS. collatum.

Juvencus Magni Dan. *Omeiſii* & *Reuſchii*, quibus miſit Varias Lectiones codicis Cantabrigienſis & Helmſtadienſis.

Hierocles, ad quem Petro *Needham* miſit lectiones varias codicis Medicei, quæ in via periere,

re, ſed deinde ſingulari ſchediaſmate vulgatæ ſunt a S. R. Jo. Chriſtoph. *Wolfio.*

Philoſtratus Gottfridi *Olearii*, cui miſit MS. codicem antiquum, vitas Sophiſtarum continentem.

Apicius Theod. Janſ. ab *Almeloveen*, cui miſit Varias Lectiones Codicis perantiqui Vaticani.

† *Lucretius*, ad quem Jo. *Barbeyraco* miſit collationes MS. Gottorpiani, & Iſ. Voſſii notas, editionemque Florentinam Juntæ.

† *Ephræmi* Syri Homiliæ duæ Syriace & latine, aliæ item græce, miſſæ ad Gottfr. *Olearium.*

† Jo. *Chryſoſtomi* Homiliæ ineditæ, vel Heſychii potius in Pſalmos, græce, ad Gottfr. *Olearium.*

† In *Epicteti* Enchiridion notæ quædam MS. ad Levinum Joannem *Schlichtium.*

Periplus Ponti Euxini in P. III. Geographorum minorum Jo. *Hudſoni*, cui miſit MS. græcum ineditum.

† *Juvenalis* cum MS. collatus ad Chriſtianum *Reitzerum.*

† *Gualterus* de Vita Alexandri MS. ad Chriſt. *Reitzerum.*

† *Gualteri* MS. codex alius, ad Arnam *Magnæum* in Islandiam.

Serapion & *Titus Boſtrenſis* Græce MS. a S. Rev. Jo.

† Quibus hoc præfixum eſt ſignum, eorum editiones non viderunt lucem.

Jo. Frid. Wincklero impetrati, ad Jac. *Basnagium.*

Vibius Sequester de Fluminibus cum MS. collatus, ad Franciscum *Hesselium*, Roterodamum.

† *Jamblichi* Protreptici variæ Lectiones Codicis Parisiensis, & emendationes Codici Spanhemiano adscriptæ a Viro docto, & pars Versionis Fabricii, ac notæ ejusdem, ad Tiberium *Hemsterhusium.*

† *Ægidii Parisiensis* Carolinus, sive de Vita Caroli M. versibus heroicis Libri V. ad Jo. Herm. *Sminckium.*

S. Chrysostomi epistolarum Vetus Codex membranaceus ad R. P. *Montfauconium*, qui eum codicem 700 aut 800 annorum æstimat, eoque in nova editione usus est.

Rabani Mauri Glossarium MS. ad Triumviros Gerh. v. *Mastricht*, Jo. *Diecmannum* & Diet. von *Stade.*

Panegyricorum Veterum editiones duæ cum MSS. collatæ, ad Christian. Gottlieb *Schwartzium.*

Salustii Codices duo MSS. & editio cum duobus MSS. collata, ad Gottlieb *Cortium.*

† *Lucanus*, *Virgilius*, it. *Apulejus*, *Juvencus Martialis*, *Cæsar*, & *Vegetius* de re veterinaria, cum MSS. collati, ad eundem Gottlieb *Cortium.*

Jul. Cæsar cum octo MSS. collatus, Parisios ad *Sallierium*, & Cantabrigiam ad Jo. *Davisium*, & ad *Cortium* Lipsiam.

† *Pan-*

† *Panegyrici Veteres*, Serenus Sammonicus, & Juvenalis, ad Jo Burcardum *Menckenium*.
Aretæi Variæ Lectiones ad Jo. *Wiganum*.
Avieni Fabularum Variæ Lectiones ad Henr. *Cangieterum*.
Ciceronis Tuſculanæ cum MS. Pariſ. Regio collatæ, ad Jo: *Daviſium*.
† *Anthologiæ* Epigrammatum Græcorum MSta duo vetera, & notæ ineditæ Virorum doctorum, ad Jac. Phil. *D'Orvillium*.
† *Vitruvii* Lectiones ex MS. probato, ad Jo. *Polenum*, Patavium.
† In *Heſychium* notæ Jo. Viti Pergeri, ad Jo. *Alberti*, Eccleſiaſten Harlemenſem, quas propediem cum ipſo Heſychio exſpectamus.
Gloſſaria duo græca inedita, Cyrilli alterum, alterum in Novum fœdus Anonymi, it. Gloſſæ nomicæ, ad eundem Jo. *Alberti*.
Antonini Itinerarium cum MSS. collatum, ad Petr. *Weſſelingium*.
Geoponici & *Vegetius* de arte Veterinaria cum MSS. collati ad Jo. Matth. *Geſnerum*.

§. 24.

Pronus ad juvandos alios.

Ex utroque Indice, & ſcriptorum ipſius Fabricii, & Codicum Veterum cum aliis communicatorum, quanquam perfunctorie ſatis compoſito, nemo non agnoſcit cum ampliſſimam Viri doctrinam, incredibili diligentia & judicio ac ſelectu expreſſam, tum patentem omnibus bonis liberalitatem, qua non

 mo-

modo Veterum monumenta, haud ægre, & ſæpe non rogatus, impertivit, ſed & ſuas ad eadem lucubrationes non invidit, ſicubi ſpes erat ita bono publico vel citius vel melius conſultum iri. Nam ut ipſi nunquam deerant, quæ ageret, non facile a quoquam præripienda, ita indignum prorſus apertis Muſarum januis arbitrabatur eſſe, ad aliorum labores non conferre quam poſſet ſymbolam, & incremento literarum quocunque pacto non inſervire. Quod ipſum ut debitam ipſi laudem eruditionis non imminuit ſed auxit, ita ſatis teſtatur, quam lubens & promtus ipſe fuerit alienæ laudis promotor, vel potius quam candide, & ſine privati commodi ratione communem utilitatem ſectandam ſibi duxerit. Eoque factum eſt, ut Veteres Scriptores plurimos, quibus edendis ipſius vita non ſufficiebat, ex ejusdem quaſi officina, Virorum Doctiſſimorum opera expolitos habeamus. Quod exemplum, haud ſcio, annon melius forte alio ullo ad ſanitatem revocare poſſit eos, qui tenacius ſuis theſauris inſidentes, & Reipublicæ literariæ commodis & ſuæ exiſtimationi detrahunt, quod gloriolæ adjicere nolunt alienæ. Quid vero, ſi liceret hoc loco exponere, quot alia Fabricius obſervata a ſe, flagitantibus conceſſerit? non diſſertationes ſed libros in aliorum uſus ab ipſo conſcriptos diceres. Adeo non facilis erat tantum in conſiliis librisque ſuis ſuppeditandis, & in Americam adeo, ultimamque Thulen trans-

transmittendis, (n) ſed & cum undique a Viris doctis aliquid molientibus rogatus eſſet, ut quæ ipſe de argumento propoſito congeſta teneret, ſibi dare haud gravaretur, ipſe nulli parcens operæ, lectionis ſuæ & meditationis fructum aliis haud parca manu transſcripſit. Video hujus liberalitatis haud obſcura nec rara indicia in epiſtolis Virorum Clarorum ad Fabricium, quæ penes me ſunt. Neque me latet, multa argumenta earum quas ille ad quæſita dederat reſponſionum, publici juris facta eſſe in libris editis, cum honorifica etiam ipſius Fabricii commemoratione. Cum tamen non dubitem quin plura ſuperſint in epiſtolis ejus, quæ non niſi privatæ adhuc curioſitati fuerunt uſui, digna vero ſint quæ legantur ab univerſis; auſim equidem hic Viros doctos officioſiſſime, idque publico bono, rogare, ut quas habent Cel. Fabricii noſtri epiſtolas aliquid utile continentes, ad me occaſione data perferri curent; qua re, ſi quando lucem adſpexerint, & eruditis gratum facturos, & ſuæ famæ non adverſaturos confido.

§. 25.

(n) Nam præter Gualteri Codicem, quem ſupra ad *Arnam Magnæum* in Islandiam miſſum eſſe diximus, reperio miſiſſe illum dono Ptolemæum Græcum aliaque *Johanni Logano* mercatori Anglo in Philadelphia erudito, qui Fabricio ceteroquin ignotus ſcripſerat ſe rerum ſcientia valde delectari, eosque libros percupere.

§. 25.

Elogia Fabricii. Liceat mihi nunc, poſt publicos privatoſque Fabricii labores, pro amplificandis literis ſuſceptos, quædam ſummorum Virorum judicia de iisdem commemorare. Nam ſi quid eſt in his, quod ad laudem ejus pertineat, nemo erit temere, quin illud Viro docto, officioſo, modeſto, & de ſtudiis eruditorum publice privatimque per omnem vitam bene merito, poſt fata deberi exiſtimet. Et ſi qui fuerint, qui ejus libros nondum ſatis in ſuum converterint uſum, forte ad ampliorem ex iisdem capiendum alliciantur, ſicubi intelligant, maximis ingeniis per omnem Europam ea quæ ſcripſerat probata eſſe & commendata. Nolo autem hic agere ad oſtentationem, coacervata multitudine teſtium, idem fere pronunciantium; & cum Capite II. dabitur locus, quæ ad ſingulos libros ejus pertinent elogia publica ſtrictim indicandi, hic ex epiſtolis Virorum doctorum pauca quædam lecta argumenta decerpam. Lumen illud eruditorum Galliæ R. P. *Bernardus de Montfaucon* An. 1721. Prid. Kal. Aug. ſcribit: *Plurimas tibi gratias habeo, Vir eruditiſſime & multis mihi nominibus obſervande, de præſtantiſſimo dono Bibliothecæ Eccleſiaſticæ tuæ, quod nuper accepi, libro ſcilicet & uſibus meis opportuniſſimo, & Reipublicæ toti Chriſtianæ utiliſſimo. Certe miror, Vir eruditiſſime, cum tot tantaque in omni eruditionis genere edideris, ne unum quidem abs te profectum librum eſſe, quin ſum-*

ſummæ ſit utilitàtis; id quod me & non ſemel dicere, & alios commemorantes audire memini. Idem An. 1722. Nonis Octobr. *Literas tuas Vir clariſſime accepi, cum precioſiſſimis munericus* (credo, Bibliothecæ Latinæ ſupplementis,) *queis me ornare ſoles, pro quibus ingentes tibi gratias habeo. Iis vero quantum per tempus licuit carptim luſtratis id certe deprehendi, quod jam ſæpius animadverteram; nimirum quicquid ex manu tua proficiſcitur, ita in literatorum commodum cedere, ut eorum & ſtudiis & vigiliis frequentetur. Ut enim vere dicam, nihil hactenus ex otio literario vigiliisque tuis prodiit, quin mihi magno uſui fuerit. Illud autem genus librorum maxime requirimus, quotquot promovendæ rei literariæ pro viribus operam damus.* Idem Anno 1733. IV. id. Apr. *In hanc urbem non ita pridem advenit Joannes Richeyus veſtras, magnæ ſpei juvenis, prudentia ſimul & eruditione plus quam ætas ferat conſpicuus, qui mihi tuo nomine Vir Clariſſ. opus tuum poſtremum de Religione Chriſtiana per totum orbem diffuſa obtulit, quod opus immenſæ eruditionis mirum quantum utilitatis toti orbi literario afferat. Id certe in illa tanta operum ſilva, qua hoc ſæculum exornaſti, ſemper obſervavi, te nihil non literatis opportuniſſimum & optabiliſſimum delegiſſe & emiſiſſe. Liber iſte ſemper ad manum mihi erit, in quo licet tam multa de omnibus orbis partibus decerpere.* Idem Anno 1718. prid. Id. Septembris. *Digniſſimum vigiliis eruditioneque tua Sextum Empiricum Regen-*

gen-

genti nostro obtuli, qui munus illud gratissimo animo accepit, & sibi notam eruditionem tuam esse dixit.

§. 26.

Elogia Fabricii. Inter Belgas *Gisbertus Cuperus*, non minus eruditione solida quam amplissimis muneribus gestis illustris, ut alia complura Fabricio documenta dedit quanti illum faceret, ita in epistolis identidem fructum quem ex ejus libris perceperit laudat. Sic v. g. Daventria d. 12. Sept. 1707. de suo in Scholiasten Apollonii indice loquens scribit: *Sed si quid prætermissum & peccatum est, tu optime corriges; cum hoc in genere eruditionis sis revera coryphæus, id quod profecto nunc iterum testatur liber tertius Bibliothecæ tuæ Græcæ, quem non modo avide, verum etiam insigni & excellenti cum fructu totum perlegi. Non patitur modestia tua, ut te in os laudem; sed tamen facere non possum, quin tester, te Vir præstantissime, optime eo in argumento & summa cum eruditione & laude versatum esse, atque adeo in me accendere inexplebile desiderium reliquos tomos legendi. Nam non modo quicquid obvium est apud veteres auctores, quod proposito tuo inservit, pulchre & docte digeris, sed etiam beas nos ineditis, uti sunt &c.* Idem Daventria ipsis Nonis Augusti 1714 *Philastrium tuum avide expectant eruditi, & multa in eo difficilia sunt loca, quæ nemo melius explicare vel emendare poterit, cum fere semper certa sit medica tua manus.* Huic adjungere liceat

ceat insignem inter Nostrates Criticum *Ludolphum Kusterum.* Is Berolino Anno 1706. d. 13. Jan. ita inter alia: *Cæterum legi hisce diebus editam jam Bibliothecæ tuæ Græcæ partem, idque non sine ingenti cum diligentiæ tum eruditionis tuæ admiratione. Thesaurum sane nobis dedisti, non librum; vereque censeo a renatis literis vix ullum humanitatis cultoribus utilius opus in lucem prodiisse. Alterum te Meursium dixerim, qui notitiam veterum scriptorum Græcorum, per innumeros fere libros sparsam, incredibili studio colligis, & partem illam historiæ literariæ, quæ ob difficultatem, tot Scholiastas Græcos, aliosque Scriptores veteres perlegendi, & multorum autorum, paucissimis tantum cognitorum, editiones investigandi, plerisque antea inaccessa erat, & ad doctiores tantum pertinere credebatur, omnibus literarum studiosis planam & obviam reddis. Perge stadium hoc eo quo cœpisti pede decurrere, & ubi pulcherrimo operi coronidem imposueris, præmium laboris immortalem nominis gloriam expecta.*

§. 27.

Inter Anglos, & ipse de literis atque Ecclesia pulcherrime meritus *Guilielmus Cave*, prope ultra modum se deprimit, ut Fabricium evehat; quod cum Cavei laudibus nil detracturum putem, haud vereor ipsius verba dare ex initio epistolæ scriptæ III. Kal. Apr. 1708. *Ex quo scripta tua non percurrere modo, sed perlegere cœpi, (quod ab anno 1689. ni fallor factum*

Elogia Fabricii.

ctum est,) gestiebat mihi animus commercium aliquod literarium tecum inire, ut cum prædecessore tuo D. Vincentio Placcio per annos plus quam viginti feceram. Adeo in libris tuis eruditio, lectio diffusissima, methodus, & scribendi argumenta mire mihi placebant omnia. Verum memet repressi, dum cogitarem, incongruum plane esse, me hominem non senescentem modo, sed semimortuum, annis, morbis, laboribus fractum, & plus quam alterum pedem in Charontis cymba habentem, Tibi Viro occupatissimo & publica reipublicæ literariæ commoda quotidie promoventi negotium facessere. Atque ita hucusque abstinui, privata tui admiratione contentus. Sed cum egregia tua humanitas me nuper provocavit, officio in te meo diutius deesse nolui. Librum Bibliothecæ græcæ novissimum quem misisti, recte accepi, & non sine summa animi voluptate mox perlegi, quod & in prioribus Tomis feceram. Deus bone! quot & quanta me docuisti, vel prius incognita, vel a me prætermissa. Nollem tibi in os verba dare, id a moribus meis est alienissimum. Præfiscini dixerim, me hominem etsi septuagenario majorem ad pedes tuos sedere non esse dedignaturum. &c.

§. 28.

Honores Fabricio tributi. Possem harum nationum alios Viros Celeberrimos complures, tum ex Italis præsertim Illustriss. Comitem Scipionem Maffeum, ex Suecis S. R. Ericum Benzelium, ex Danis Excellentissimum Jo. Grammium, ceteros, adjun-

jungere, quorum ipsorum maxima inter eruditos existimatio facit, ut laudes ab iisdem tributæ Fabricio haud vulgari honori esse possint. Sed in re aperta studiose conquisitis testimoniis opus non est. Brevi dicam, neminem facile fuisse nostra ætate inter gentes cul- cultiores, qui literis aliquod pretium statuat, quin idem Fabricii singularem doctrinam ex præstantissimis scriptis sit admiratus. Venio nunc potius ad honores, qui Viro immortali non tam verbis quam re passim tributi sunt; quo primum refero, quod ad varias Academias proposito satis lauto salario evocatus est, & ubi inclinari eo videbatur, a civitate nostra conditionibus non minus honorificis retentus. Primum quidem Anno 1701. B. Jo. Frid. Mayerus, omni modo ipsi persuadere conatus est, ut Professoris Theologiæ munus in *Academia Gryphiswaldensi*, cum 500. Imperialium salario, susciperet; quod tum sponte sua Fabricius, scripta ad Prætorem Pomeraniæ epistola deprecatus est, motus virium suarum debilitate, quam ex febri illa acuta nuper depulsa sentiebat. Sed confirmatis deinde præter spem viribus suis, cum Anno 1707. ad simile munus *Kiloniam* evocaretur, id non recusandum esse serio arbitratus est; adeoque accepta provincia, & jam quibusdam ad iter faciundum comparatis, non modo a Kiloniensibus, Theodoro Dassovio, Henr. Muhlio, Henr. Opitio, Sebastiano Kortholto, sed & aliis amicis, Gerhardo & Jo. Frid. Maye-

ris, quin T. J. Almeloveenio, Gisberto Cupero & Jacobo Perizonio frequentes literæ venerunt, quæ novam illi ſpartam gratularentur. Ipſe ad V. Cl. Michaëlem Richey, Rectorem tunc Scholæ Stadenſis ſcribens, conſilium aperit, eumque ſibi ſucceſſorem dari optat. Sed cum ea de re ad Protoſcholarcham & Ampliſſimum Senatum retuliſſet, illi faciundum non putarunt, ut ſua voluntate Gymnaſium tanto ornamento privaretur, ſed Recturam potius vicini Johannei junctim ſuſcipiendam obtulerunt. Perſuaſit tum & voluntas magiſtratuum, & multitudo juvenum quibus prodeſſe poſſet, & conditio Soceri Joannis Schultzii, Rectoris adhuc Scholæ, jam ſenio confecti, quem poſſet ſublevare, accedentibus etiam familiæ precibus, ut manendum ſibi exiſtimaret, indignante licet Patrono Jo. Friderico Mayero. Igitur Anno 1708. novum munus licet oneroſum ſatis V. Non. Maji ingreſſus eſt, habita oratione *de cauſis contemtus ſcholarum publicarum*, ſpe tamen illa fretus, poſſe ſe ubi id commodo Scholæ fieri poſſet, hoc munere rurſus abire. Hinc mortuo Socero An. 1709. d. 26. Januarii, identidem id agere cœpit, ut ſucceſſore ſibi dato, hac ſcena excedere liceret; quod tandem factum eſt Anno 1711. cum Cl. Jo. Hubnerus Merſeburgo huc excitatus die 18 Junii Recturam Scholæ ſuſciperet. Quo magis ſtrenue poſtea ſoli Gymnaſio ſuam operam addixit, & operibus cœptis perficiendis, donec

An.

An. 1719. iterum ab Celſ. Haſſiæ Landgravio ſollicitaretur, interprete Henr. Walth. Gerdeſio nunc Theol. Doctore & Paſtore Lutherano Londinenſi, ut ſummus ſacrorum Antiſtes in illa Provincia ac Profeſſor Theologiæ primarius *Academiæ Gieſſenſis* fieri ne recuſaret. Ad quod graviſſimum munus accipiendum cum mirifice propenderet Fabricius, atque vererentur Ampliſſimi Patroni, ne tandem aliquando ſic commoveretur ad ſedem mutandam, ut teneri amplius non poſſet, inuſitatum documentum ediderunt, quam ægre illum abire ex hac urbe paterentur, aucto ejus Salario annuo ducentis Imperialibus. Movit Fabricium ſingularis & inexſpectatus idemque communis omnium ordinum, ex quibus Collegium Scholarcharum conficitur, tum & civium qui rem ærarii adminiſtrant, favor, ut ab ea urbe, quæ ipſum per viginti annos magis etiam liberaliter quam ipſa Patria foviſſet, & complexa eſſet, diſcedendum ſibi niſi cum morte ſtatueret. Itaque, cum poſtea a S. R. Valentino Erneſto Loeſchero urgeretur multis rationibus, ut ad docendam *Wittebergæ* Theologiam ſe accommodaret, nihil cunctatus vel iteratas preces conſtanter deprecatus eſt, præſertim cum rem eſſe plenam omni ex parte periculi judicaret, ſi homo prope ſexagenarius accingere ſe ad ſedes, ſupellectilem, familiamque transportandam,& ad novum & inſolens vitæ munerisque genus ingrediendum, auderet. Atque ſic benignum

Dei numen rebus Fabricii optime consuluit, qui sine pacata vita, in splendidis illis Academiarum fluctibus, tantum forte prodesse rei communi vix potuisset, præterea vero magnificis honorum titulis nihil moveretur. Unde & factum est, cum ipsi per Baudeletum locus honorarius in societate scientiarum Regia, & per Guil. Derhamum in societate Londinensi offerretur, ut eum honorem quam humanissime declinaret.

§. 29.

Libri ei dedicati. Præter hæc publicæ existimationis documenta, juvat quoque commemorare, ut privatim a singulis Viris doctis coli & ornari cœperit. Quo primum libros ejus nomini inscriptos eo lubentius refero, quod summorum quoque Virorum de Fabricio judicia continent, & ad quosdam eorum non omnino nihil idem contulit, suis libris consiliis & observationibus suppeditatis, id quod ipsi tum Auctores libere profitentur. Dedicarunt itaque Fabricio, quanquam non semper soli, sequentes, quantum recordor:

D. Gottfridus *Olearius*, Prof. Lips. Dissertationem de Heracliti Philosophia. Lips. 1697. 4.

Petrus *Zornius*, Dissertationes, de Catacumbis Martyrum, & Lutherum Catholicum. Lips. 1703. 1704. 4.

Jo. Christoph. *Wolfius*, Pastor ad D. Catharinæ,

rinæ, Origenis Philoſophumena. Hamb. 1706. 8.

D. Georgius Henricus *Goetzius*, Superintendens Lubecenſis, Elogia præcocium eruditorum. Lubecæ. 1709. 8.

Levinus Joannes *Schlichtius*, Obſervationes ſelectas in Epicteti Enchiridion & Cebetis Tabulam. Halæ Magdeb. 1712. 12.

Georgius *Serpilius*, Superintendens Ratisbonenſis, Sendſchreiben wegen Chriſtian Gerber, Paſt. Lockwicenſ. Ratisbonae 1712. 8.

Jo. Georgius *Walchius*, Prof. Theol. Jenenſis Metamorphoſeon Ovidii libros in modum Minellii illuſtratos. Lipſ. 1714. 12.

Jo. Gideon *Gellius*, Epiſtolam de obitu & ſcriptisChriſtiani Junckeri. Dresdæ 1714. 4.

Jo. Henricus *Ackerus*, Lycei Rudolſtadenſis Rector, Galeni librum, quemadmodum quis animi ſui affectum dignoſcat & corrigat. Rudolſtadii 1715. 4.

Q. A. T. (*Tilgner*,) Primitias Sileſiacas, ſive Franciſci Fabri (Koeckritii) Sabothum ſive Sileſiam. Lipſ. 1715. 8.

Paulus Chriſtianus *Hilſcherus*, Paſtor Palæo-Dresdenſis, Commentarium in Pſ. CLI. & vitam Goliathi, & Epiſtolam de Oge. Budiſſæ 1716. 4.

Petrus Fridericus *Arpe*, Pyrrhonem ſuum, ſive de dubia & incerta Hiſtoriæ & Hiſtoricorum veterum fide. Kiliæ 1716. 8.

Jo. Chriſtoph. *Colerus*, Concion. Aul. Vinar. Hiſtoriam Joannis Duræi Witteb. 1716. 4.

Jo. David *Schreberus*, Misenensis Scholæ Con-Rector, postea Portensis Rector, vitam Georgii Fabricii Chemnicensis. Lips. 1717. 8.

Phil. Frid. *Hane*, Prof. Kiloniensis, Dissertationem de Methodo Studii Philosophici. Jenæ 1718. 4.

D. Christoph. Matth. *Pfaffius*, Cancellarius Tubingensis, Dissertationem de Liturgiis, Missalibus, Agendis, & libris Ecclesiasticis Ecclesiæ orientalis & occidentalis, veteris & modernæ. Tubingæ 1718. 4.

D. Daniel Wilhelmus *Trillerus*, Hippocratem Atheismi falso accusatum. Rudolstadii 1719. 8.

Bremenses, Fasciculum III. Classis II. Bibliothecæ Historico - Theologicæ. Bremæ 1719. 8.

Henr Corn. *Hecker*, Diss. Jo. Erh. Kappii, de nonnullis indulgentiarum Quæstoribus Sæc. XV. XVI. Lips. 1720. 4.

Georgius *Schaar*, Dissertationem Gust. Ge. *Zeltneri*, de Monogrammate Pauli. 2 Thess. III. 17. Altorfi. 1721. 4.

Severinus *Ancherssen*, Diss. de epistola ad Laodicenses Paulo tributa Apostolo. Hafniæ 1721. 4.

Christoph. Augustus *Heumannus*, Epistolas de Symposio Lactantii, de emendandis in Marbodi sententiis Monostichis, & in Celsi de arte dicendi fragmento. Poeciles T. I. p. 255. 266. & 367. Anno 1723. 1724.

Jo. Erhardus *Kappius*, Prof. Lipsiensis, Arca-

na

na Bibliothecæ Synodalis & Typographicæ Moſcuenſis retecta. Lipſ. 1724. 8.

Joannes *Vogt*, Eccleſiaſtes Bremenſis, Faſciculum II. Bibliothecæ hiſtoriæ hæreſiologicæ. Hamb. 1724. 8.

Jacobus Frid. *Reimannus*, Superintendens Hildeſienſis, Hiſtoriam univerſalem Atheiſmi & Atheorum falſo & merito ſuſpectorum. Hildeſiæ 1725. 8.

Jo. *Jarkius*, ſpecimen Hiſtoriæ Academiarum Eruditarum Italiæ. Lipſ. 1725. 8.

Jo. *Frickius*, Paſtor Ulmenſis, Commentationem Theologico-criticam de cura veteris Eccleſiæ circa Canonem ſacræ ſcripturæ & conſervandam Codicum puritatem. Ulmæ 1728. 4.

Henr. Balth. *Seelmann*, Diſſ. de rebus meræ facultatis. Helmſtad. 1728. 4.

D. Gregorius *Langemack*, Superintendens Stralſundenſis, Partem I. Hiſtoriæ Catecheticæ. Stralſ. 1729. 8.

Michael *Richey*, Prof. Gymnaſii Hamb. Tomum III. Patriotæ Hamburgenſis. Hamb. 1729. 8.

Jo. Valentin *Zehner*, Diaconus Suhlenſis, Gedancken über das erſte Capittel Geneſeos. Schleuſingæ 1730. 4.

Jo. *Mattheſon*, Organiſten Probe. 1731. 4.

Lucas Andr. von *Boſtell*, J. U. L. de uſu Patriæ poteſt. in foris Germ. Lipſ. 1732. 4.

M. G. *Mervillius*, Horatium. Hamb. 1733. 12.

D. Jo. Gothofredus *Habnius*, Epiſtolam de

veris Mesuæ Syri scriptis sub Jani Damasceni nomine servatis, subjunctam ejus Antiquitatibus variolarum. Lips. 1733. 4.

Frider. Petrus *Tackius*, Commentationem de Dedicationibus librorum. Guelpherbyti 1733. 4.

Comes, Scipio *Maffei*, Epistolam II. Antiquitatum Gallicarum. Paris 1733. 4.

Jac. *Bruckerus*, Partem V. der Fragen aus der Philosophischen Historie. Ulm 1734. 12.

Jo. Justus *von Einem*, succinctam Introductionem in Bibliothecam Græcam. Magdeb. 1734. 8.

Joannes *Alberti*, Ecclesiastes Harlemensis, Glossarium Græcum in N. T. illustratum &c. Amstel. 1734. 8.

Bernhardus & Olaus Henricus *Molleri*, Johannis Filii, Commentationem de Vita & Scriptis Johannis Molleri Flensburgensis. Slesvici 1734. 4.

Henr. Matth. *Schumacher*, Principia Logices & Metaphysices ad doctrinam de Persona Christi Θεανθρώπου. Jenæ 1734. 4.

§. 30.

Fabricius in Numo.

Singulare honoris genus est, hoc loco mihi non prætereundum, quo Fabricium Anno 1722. Kalend. Januar. strenæ loco, mactavit Celeb. Collega *Michael Richey*; numus scilicet auro argentoque cusus, ponderis prope quinque aureorum, altera parte vultum Fabricii, altera inscriptionem, non minus elegan-

gantis ingenii quam prolixae voluntatis plenam, continens (o). Quare non ingratum me officium putavi Viris doctis facturum esse, si illum, quo aptius huic opellæ ornamentum non noram, in fronte hujus Capitis æri incisum exhiberem; & nunc multo gratius etiam, si ipsius Viri Clarissimi nitida quæ adjunxerat Epigrammata, aliorumque Amicorum non absimilia, subjiciam.

EPIGRAMMA
Michaelis Richey.

Nomine & ore Tuo fulgentes accipe nummos,
Signa voluntatis non peritura meæ.
Dispar forte dator, qui me Tibi debeo totum,
Te Tibi dimidium paupere reddo manu.
Sed Tua virtutes si, Vir celeberrime, virtus
Vel centum totas dimidiata valet;
Si Te nil maius; si, quod Tibi debeo, magnum est;
FABRICIO referam quid? nisi FABRICIVM?

Quem toties cantant Heliconia numina magnum;
Quem toties loquitur peruaga Fama Virum;
Propria quem toties Scriptorem pagina pinxit;
Dædala quem toties sculpsit in ære manus;

(o) Facit hujus numi mentionem Vir Cl. *Jo. Henr. von Seelen* in Selectis nummariis p. 69. sq. & Dr. *Georgius Henr. Goetzius* in der Annæbergischen Lieder-Freude. Lubecæ 1722. 8. p. 54. Acta Erud. 1727. p. 417. Vid. & Plur. Reverendum T. H. Schubartum, Gedichte p. 301.

FABRICIVM cernens oculo indignante Moneta,
Expertem officii ſe Dea ſola dolet:
Si cantare, loqui, ſi pingere, ſculpere neſcit,
Tinniat hæc ſaltem nomina nummus, ait.

* * *

Totus in ære Tuo cum ſit, VIR MAXIME, mundus,
Cur vultus tantum ſpectat in ære Tuos?
Fallor, an immenſus quem totum non capit orbis,
Dimidium orbiculus ſi capit iſte, ſat eſt.

Maturini Veyſſiere la Croze.

Quicquid Varroni debet Romana vetuſtas,
Quicquid Ariſtarcho Græcia docta ſuo:
Id ſe Fabricii meritis debere fatetur
Gratus doctorum, qua patet orbis, amor.
Jam licet adſurgas tanto Germania civi:
Jam fas eſt vultus & venerere pios.
Illi infelices ritus coluere Profani,
Hic puri cultus Religione viget,

Chriſtiani Friderici Weichmanni.

Sind Stich, Gepräg' und Kunſt der Fürſten Ehren-Mahl?
Verewigt Stal und Gold die Namen tapfrer Helden?
Warum denn kann man oft, nach kurzer Jahre Zahl,
Vom feſteſten Metall nicht einſt die Spuren melden?
Was frißt der Hammer nicht? was nimmt der Tiegel hin?
Wo heut George ſteht, kan morgen Friedrich ſtehen.
Muß manche Million, durch ſchändlichen Gewinn,
Bey groben Zuſatz, ſich nicht umgetauffet ſehen?

Wie-

Wiewol dieß alles trifft Fabrizens Bildniß nicht.
Kein Hammer wird Sein Gold zu Schaum und Blättern schlagen,
Kein Werkzeug ist so kün, das diesen Umkreis bricht.
Kein Feuer wird sich nie an Seinen Lob-Spruch wagen.
Er ist zuwol verdient, und selbst die Redlichkeit
Hat ihn durch eignen Trieb in dieses Gold geätzet.
Dieß beydes aber macht, daß weder Neid noch Zeit
Den sonst erbitzten Zahn an solchem Denckmahl setzet.
Glückseliges Metall, du bist zu wol geziert;
Du kanst den Eigennutz und jede Wut verlachen.
Die Unvergänglichkeit, die Beyder Name führt,
Wird dich, und du nicht Sie, durch Sie verewigt machen.

§. 31.

Virtus animi moderati.

Fuit vero propter reconditam & diffusam eruditionem tot egregiis monumentis testatam, Fabricius in honore ac veneratione non Germaniæ modo, sed orbis terrarum cultioris, sic ut qui Fabricium nominasset apud exteros, aut ejus se discipulum amicumve diceret, haud secus huic nomini omnes assurgere videret, ac si in illo uno nomine, omnis quæ in literis artibusque ipsis inest dignitas contineretur. Dubitavi tamen semper, & ambigunt mecum omnes quibus Virum propius nosse licuit, fueritne propter doctrinam magis, an propter eximiam & prorsus excellentem virtutem ac probitatem suspiciendus. Frequentius enim accidit, ut eruditissimi quique in vita agenda ita impotenter versentur, quasi cum ignarissima plebe omnis humanitatis

tatis & præceptorum ſapientiæ expertes eſſent; & complura ſunt doctis quaſi propria & familiaria vitia, ut propter ampliorem ſcientiam faſtu inflentur, ut ad inanem gloriolam adſpirent ambitioſius, ut invideant, ut deprimant & exagitent alios, ut propter literulæ aut opinionis diſcrimen, omnibus, quæ latinitas ſuggerit, maledictis famam aliorum proſcindant, interdum etiam ut ſententiis non minus quam moribus animum a pietate & religione alienum prodant. Quo majori laude dignus eſt Fabricius noſter, qui ſpectato exemplo docuit, non tantum culpa hominum humaniores literas vitiis contaminari, ſed poſſe illas etiam ſi rite colantur, plus ſolidæ virtutis & probitatis quam ignorantiam & barbariem impertire. Didicerat ſane a juventute cum ipſis literis, ſibi imperare, & conſilio ac ratione impetus animi regere. Nunquam illum per tot annos vidi vehementi commotione elatum, nunquam cupiditati, voluptati, aut iræ, quæ ipſa magnos ſæpe vincit animos, indulgentem, nihil temere, timide, inſolenter, aut indecore adeo agentem; ut ſingula quæ faceret, diceret, vellet, ratio ac ſapientia præſcripſiſſe ac moderari videretur. Pacata illi & tranquilla mens, ſed eadem hilaris ac laeta erat, quæ non modo ex ſtudiis literarum, & profunda cognitione rerum divinarum humanarumque, ipſoque quem ex ſcriptis ſuis naſci intelligebat fructu, majorem continuo voluptatem caperet, ſed &

quic-

quicquid pulchrum & elegans erat in rebus externis, in natura, in arte, & ſocietate hominum, & contemplaretur attentius, & intelligeret perſpicacius, & ſuo ſibi commodo divinitus conceſſum arbitraretur. Ita quoque prorſus ſibi perſuaſerat, ſobriam animi lætitiam pro parte quadam cultus divini habendam eſſe, qua Deum tot bonorum benigniſſimum datorem honoremus. Profecto digne de Deo ſentit, digne coram eo ſe gerit, qui illum optime cupere exiſtimat humano generi & inprimis ſuis, qui nihil ſine ejus providentia nobis accidere ſtatuit, qui innumera ejus ſapientiæ ac benignitatis documenta non negligit, nec omnes in vita caſus quaſi a maligno auctore profecti eſſent ſiniſtre interpretatur, qui ſua noſcens bona, eorumque auctorem, non vilipendit munera, ſed omni, præſertim tanto ſe beneficio divino indignum credit, ſuamque ſortem cum minus felicibus contendit: unde exprimi neceſſe eſt eam quam diximus, quamque Deus vere cupit, animi noſtri lætitiam. Ex quibus ſimul intelligitur, quantæ ſint hoc in genere partes modeſtiæ. Quam virtutem quantum coluerit Fabricius, vix credibile eſt, pro humano ingenio, & Viri doctrina. Nam cum tot libros non perfunctorie legiſſet, quot titulos librorum quidam vix obiter inſpexerunt, cum ipſe tot libros utiles & communi cum plauſu exceptos ſcripſiſſet, quot libros quidam vix legere ſolent per omnem vitam, cum omnium

prope

prope ſcientiarum, omnis hiſtoriæ, & linguarum non paucarum ſcientiam animo compleƈteretur, tamen vix quiſquam de eo minus magnifice ſentire poterat, quam ipſe de ſe ſenſit. Et ſicut de omni hominum cognitione judicare ſolebat, *ſi paulo minus ſciremus, nihil nos ſcituros*, ita id forte amplius ſibi cognoviſſe videbatur, quod clarius forte aliis intelligeret quam parum ipſe ſciret. Eo quoque ſpeƈtat illud Lemma, Bibliothecæ Græcæ præfixum: Μαθαιότης μαθαιοτάτων, καὶ τοῦτο μαθαιότης. Cum illum in literis & ſcribendo continuo occupatum forte admirarentur nonnulli, diƈtitabat, *aliquid ludendum eſſe homini dum viveret.* Si qui vero in ſcriptis ipſius quædam, vel acerbius, deſiderarent, *novi*, inquit, *multa meis libris deeſſe, imo plura his ſi opus ſit indicarem.* Pariter & in reliqua vita, quicquid erat in ipſo puritatis, ſanƈtitatis & benefaƈtorum, id nulli ſibi merito ſolebat ducere, nihilque inde ſibi tribuere, frequenter hoc conſiderans, omnia officia noſtro nobis bono injunƈta eſſe, Deo nullam partem felicitatis adjicere, nos homines tamen paternæ Dei voluntati ſæpiuſcule repugnare aut minus ſatisfacere. Igitur, cum nullam ſibi ſingularem fortunam deberi, multa vero errata condonari a Deo agnoſceret, hac modeſtia effeƈtum eſt, ut non tantum ſecundis caſibus, tanquam immeritis Dei beneficiis, magis lætaretur, ut monui, ſed & adverſos æquiore animo & fortiter ferret. Habuit ſane

ne adverſos in vita omnino paucos, ut diximus ſupra, ſed ex quibusdam tamen apparuit, quam eſſet animo etiam ad hos præparato & imperterrito. Vidimus jam ante, qua æquitate juvenis nuncium de conſumto patrimonio exceperit, nunc vel unicum caſum ſenilis ætatis, cui interfui ipſe, adjungam. Eramus una cum Fabricio nos generi, Everſius atque ego, in horto quodam ſuburbano, atque inclinante jam die, pulchritudinem occumbentis ſolis, ante fores ædium mirabamur: cum pictor, qui novum ædibus colorem inducebat, ab opere ſuo in nos converſus, improvide ex tabulato ſuperiori ollam pigmento bene imbutam, gravem, & breviorum pedum cuſpidibus præmunitam, in apertum caput Fabricii dejecit. Nos ceteri perterriti ducimus eum intro, num quod gravius vulnus acceperit quærimus? Ille nihil commotus ſub adſcititio capillo caput digitis tentat, ubi ſtatim largus cruor per canitiem manare cœpit, qui ægre tandem, arreptis undiquaque linteis, abſterſus, duplex vulnus oſtendebat. Ille interea ſtans, dum nos miniſtramus & diſcurrimus, vultum nihil mutat; ſed cum tempus claudendæ portæ inſtaret, ipſaque res auxilium præſens poſceret, hoſpitem ſolita ſua comitate valere jubet, ſeque nobiſcum in carpentum conjicit. Duco eum ad me, ne uxori ejus terrorem injicerem, eoque Virum Chirurgiæ peritiſſimum Chriſtianum Joachimum Loſſovium M. D. invi-

invito. Fabricius, dum identidem quærimus, quomodo habeat, intelligere se inquit, quanto cum periculo res conjuncta esse possit, neque tamen se adeo mortem vereri, quam ne turbatis cerebri officiis ad res agendas porro fiat ineptus. Id tamen scire se, ex oraculo Servatoris nostri, ne pilum quidem capitis sine Dei voluntate posse decidere, eoque minus fieri posse, ut sine auctore Deo casus aliquis de capite suo, aut rationis usu possit decernere. Mox & jocans gratias sibi inquit deberi a pictore, quod ollam suam tam alte cadentem integram conservarit, quæ nisi a capite suo per humeros sensim esset in terram devoluta, procul dubio fracta fuisset. Itaque tam carum & venerandum caput per Dei gratiam dextra Medici opera convaluit. Cœterum generatim ad casus sinistros neutiquam erat exsensus, ut sunt aliqui seu per naturam, seu studio affectato, hoc sibi haud scio quo jure virtuti ducentes; quin potius ita statuebat, acerba acerbe ferenda esse, eumque in finem a Deo immitti, cum præsenti hominum indoli minus conveniat esse sine omni dolore. Hinc de iis qui omnia insuper habent ingeminare solebat illud Prophetæ: Jer. V, 3. *Plaga eos afficis, at illi non sentiunt.* Itaque cum filium, cum nepotes, cum amicum amisisset, nec Deo nec naturæ reluctatus, indulgebat dolori, cibo potuque abstinebat, nec temperabat adeo lacrymis. Sed cum illum dolorem aliquamdiu concoxisset, recepto

pto animo, Deoque confiſus præterita animo deponere, & bene ſperare de futuris non deſinebat. Quanquam vero ex morte uxoris, quæ illi paulo ante obitum ſuum erepta eſt, maximam forte in omni vita ægritudinem percepit, quippe cujus virtutibus ſeneſcenti carere mœſtiſſimum erat; tamen ſancte confirmo, eum mox ita ſe recepiſſe ex hoc dolore, ut nemo unus qui ad ipſum conſolandum acceſſiſſet, præter modum afflictum ſentiret. Præſertim illo die, cum conjugi juſta perſolviſſet, vidi eum, quaſi officio lugendi perfunctum, erecto animo ac pro more ſolito nobiſcum agere, colloqui, bonoque animo eſſe; ut proinde qui eum mœrore mortem ſibi acceleraſſe crediderunt, ſuſpicionibus tantum ex eventu petitis, non rei fide nitantur.

§. 32.

Conjunxerat vero Fabricius cum hoc animo compoſito, candidum erga alios quosvis amorem, conditum inuſitata comitate, & ſi res ferret, officiis & liberalitate comprobatum. Memini me jam ſupra indicare, quam facilis fuerit erga eruditos & literarum ſtudioſos, in communicandis conſiliis, libris, codicibus manu exaratis, aut codicum ejusmodi collationibus, vel notitia ſcriptorum. Nihilque addo nunc, præter hoc unum, quod cum non pauci libros mutuo datos reſtituere neglexiſſent, nunquam tamen ille repoſceret,

Amor erga alios.

F

ret, aut nomen ejus qui ſervaverat cuiquam proderet, multo minus propter quorundam iniquitatem, aliis hoc officium denegandum cenſeret. Similem quoque huic in privata vita benignitatem exercuit erga eos qui opum indigi erant, neque cuiquam facile imploranti liberalem manum præcluſit. Cumque interdum moneretur, hominem eſſe beneficio indignum & ſuo vitio miſerum, non hoc quæri, inquit, quo modo, ſed an miſer ſit? Solebat vero præcipue hoc liberalitatis genus commendare ſuis, ut opificibus præſertim pauperioribus, aut qui olera, piſciculos, aut quid ſimile venderent, denique qui honeſto aliquo labore ægre vitam tolerarent, pretium perſolverent non tenaciter deminutum, ſed laxius & abundantius; eam enim ajebat eleemoſynam eſſe majorem, & Deo non ſolum gratiorem, ſed & Reipublicæ utiliorem, quam ſi mendico tantundem porrigeretur: quod mendicorum plurimorum otium atque ignavia alatur eleemoſynis, operarii ad laborem impigre continuandum, & membra non inertia Reipublicæ præſtanda, pretio liberali excitentur. Generatim aliorum fortunis, gloria, honoribus, meritis, lætabatur ex animo & ſine invidia, & quantum poterat laude, commendatione, opera promovebat, eoque nomine felices prædicabat in ſummis dignitatibus conſtitutos, quod multis benefaciendi haberent occaſionem, quo facto ad Dei naturam quam proxime accederent. At nec Principes eos

aut

aut Principum miniſtros magnos dici volebat, qui ſub ſpecioſo titulo rerum præclare geſtarum innumeros reddidiſſent miſeros, ſed qui quam plurimos conſiliis, inſtitutis, opera beaſſent. Is ſincerus aliorum hominum amor tanto gratior erat in Fabricio, quo magis externa comitate ornabatur. Enim vero vel infimos ſalutare frequenter in publico, ad ſe admittere, & benigne excipere, blande affari, amicitias quærere, alere ſedulo, in conſuetudine familiari accommodare ſe ad omnium ætatem, ſexum, dignitatem, ingenia, quin jocari hilariter, atque hæc non ſimulata arte aucupandi gratiam, ſed inſita quadam & candida urbanitate facere ſolebat. Adeo minime moroſum reddiderat reconditæ vetuſtatis lectio, ut fateretur, ſe unius viventis Viri honeſti amicitiam & familiaritatem præferre notitiæ ſexcentorum mortuorum. Hinc & eam quaſi legem ſibi per hos quadraginta annos Hamburgi imperavit, ut ſtatis per hebdomadas diebus Collegia amicorum frequentaret. Nam primo cum *Vincentio Placcio* aliisque, dein cum *Langermanno* & Collega *Johanne Mullero* Medicinæ doctoribus, aliisque omnium artium Viris Doctis, hinc cum *Nicolao Staphorſto* & *Joach. Morgenwegio* Paſtoribus, *Chriſtiano* item *Joachimo Loſſovio* M. Doctore, porro cum *Brokeſio, Richeyo, Kœnigio, Hœftio, Hubnero,* linguæ Germanicæ excolendæ ergo, denique cum illuſtri *Patriotarum Collegio*, conventus

 heb-

hebdomadales agitavit, & ſermones utiles & jucundos miſcuit. Quanquam vero in familiari colloquio libere diceret ſententiam, nec ab ea ſe facile diſputando dimoveri pateretur, tamen nunquam commiſit, ut dicto aculeato quenquam offenderet, aut dum opinionem tueretur, amicum perderet. Maxime vero in omni ſermone abhorrebat a traducendis aliis, eorumque vitiis divulgandis aut accuſandis, in id intentus potius, ut virtutes cujusque laudaret, vitia vel relinqueret aliis propalanda, vel excuſaret & emolliret. Neque ferre poterat eruditos quoque in ſcriptis, *qui doctrinæ perſuaſione ſibi exiſtimant eſſe fas, alios quoslibet contemnere, in eos data quacunque vel non data occaſione debacchari, propter leviſſimam notatam forte hallucinatiunculam, nullam ingenii ac doctrinae ac ne hominis quidem gratiam facere, de ingenii cauſa implacabiles ſuſcipere inimicitias, atque caſta Muſarum ſacra mutare in arenam, quod ajebat Lipſius, beſtiariorum* (p). Dolebat etiam vehementer, ſi quan-

(p) Vide Præfationem ad Grævii Præfationes & Epiſtolas, ubi graviter contra id ſcribendi genus diſputat. Ipſe cum Jacobum Gronovium haud uno nomine præſertim in Manethone in ſe injurium deprehendiſſet, tamen de ejus Manethone Bibl. Gr. T. II. p. 500. ſcribit: *Exiſtimo etiam laborem illum, quem rei literariæ bono haud levem inſumſit, aliud longe mereri, quam ut propter illa, quæ in ejus editione vel interpretatione vel notis etiam obelo digna animadverti fortaſſis poſſint, vel a me, vel ab alio quocunque exagite-*

quando & Theologi ſanctiorem diſciplinam ejusmodi ſcribendi genere conſpurcaſſent, & veri curſum offenſione animorum retardarent. Quodſi pugnare pro doctrinæ puritate res & officium poſtulet, cenſebat, argumentis quam fieri poteſt fortiſſimis, ſed verbis quam leniſſimis pugnandum eſſe, ſic tamen ut veritas non prodatur; ita futurum, ut nihil habeat ratio quod obvertat, nec voluntas ad id invita ratione tentandum exacerbetur; ſignum vero eſſe impotentiæ, ſi quis cauſam non tam argumentis quam maledictis tueatur, armis Chriſtiano homine per ſe indignis. Scio non tam aperte quam clanculum accuſari hac in re a quibusdam Viri lenitatem, quod cum in ceteris ſcriptis de laboribus aliorum vel plane nihil vel quam mitiſſime judicet, tum vero magnam ſuam eruditionem in retundendis erroribus Theologicis non collocarit; quod utrumque nimio ſtudio amicitiam gratiamque omnium obtinendi tribuunt. Et contigit ſane illi hoc plane ſingulare inter doctos, ut ſicut per doctrinam inſignem ſupra obtrectationem poſitus eſſet, ita vix quenquam ulla parte inimicum haberet. Sed tamen & eos ipſos ſibi non infenſos habuit, in quibus vel publice vel privatim errores nota-

 verat,

gitetur, cum homines ſimus, & ſcriptorem antiquum Græcum, eumque Poetam & Aſtrologum antea ineditum, in lucem proferre omnibus abſolutum numeris, res difficillima ſit, neque ulli hactenus quod ſciam contigerit mortalium.

verat, ut facile appareat, refelli opiniones posse illæsa humanitate & amicitia. Quo in genere inprimis Bælium atque Leibnitium commendare solebat, sic disputantes ut in adversario cum veritate & amorem augeant. Errores quidem aliorum, qui instituto & sententiis ipsius obesse videbantur, non prætermisit Fabricius, ceteras sordes, quæ nullam in itinere remoram injiciebant, aliis quibus id volupe est lubens expurgandas reliquit. In doctrinæ vero Christianæ via regia mansit ipse, aliosque ut idem facerent sæpe numero auctor exstitit. Neque adeo ab omni controversia abstinuit, plures procul dubio suscepturus, si illum ad docendam Theologiam divina providentia adhiberi voluisset. Nunc neque muneribus istis, neque controversiis, etiam cum laude & honestate agitandis, defuerunt Theologi docti. Ut vero omnes errores quilibet qui potest, etiam extra muneris rationem, oppugnare conetur, non magis equidem necessum arbitror, quam ut in vita civili militiam amplectantur omnes qui possunt; neque in universum quod res in viribus posita sit, ratio sufficiens Viro prudenti est, cur sibi id ipsum agendum arbitretur. Denique tot exstant Fabricii non tantum in literas, verum & in rem Christianam merita, ut qui illa non videat, videat autem quæ suo judicio desideret, aut reprehendat, is non magna & multa, sed omnia ab uno homine postulare videatur.

§. 33.

§. 33.

Erat vero Fabricius non quidem *μέχρι τοῦ λέγειν, ἄνευ τοῦ πράττειν* Theologus, ſed inde a juventute cum ſolida cognitione vivam & ſinceram pietatem in Deum conjunxerat, hanc demum ratus eſſe veram primamque ſapientiam. Nuper adeo incidi in Ephemerides ejus, anno ætatis XXI. ineunte, die XI. Novembris Anni 1688. factas, & uſque ad initium Anni 1689. decurrentes; quibus non tantum documenta dedit incredibilis diligentiæ, & librorum plurimorum cum judicio lectorum, obſervatis laudabilibus, & erroribus interdum quoque cum ſale notatis, ſed & pietatis ſtudium ſibi primum & antiquiſſimum eſſe oſtendit. Poſt conſuetum Lemma, *Jeſu Auxilium Ferente,* titulumque Ephemeridum, eſt Tetraſtichon Juſti Vulteji: *Pietas in Deum.*

Quid ſum? Quis? Qualis? Quantus? Quotus? Unde? Quibusve
Ortus avis? Quorſum tendo? Quibusve viis?
Vermis: Homo: Malus: Exiguus: Poſtremus ab imo:
Talibus & cretus: Nitor ad aſtra: fide.

Prima eſt meditatio, qua pium propoſitum continetur, velle ſe quotidie rationes elapſæ diei a ſe repetere. In libris vero lectis ſunt ultra viginti exegetici & aſcetici in Evangelia & epiſtolas, qui vulgo Poſtillarum nomine veniunt, *Backii, Camerarii, Carpzovii, Gerhardi, Glaſſii, Himmelii, Hunnii, Mayeri, Meiſ-*

 neri,

neri, Scriveri, Waltheri, aliorum, tum lecti quidam alii ad pietatis praxin ſpectantes, v. g. *Henr. Mulleri Himmliſcher Liebes-Kuſs*, & *Scriveri Seelen-Schatz*, quo poſtremo libro mirifice ſe affectum fuiſſe identidem teſtatur. Quæ quidem eo lubentius propoſui, quod exemplo eſſe poſſint juventuti, præſertim illi, quæ Theologiæ operam navat, ut & ipſa quorſum, aut quibus viis tendat, mature cogitet. Hæc vero, quam a puero imbiberat Divini numinis reverentia, ita penitus animo infixa per omnem vitam inſedit, ut non ſolum caveret ſtudioſe, ne quicquam ſciens adverſus Dei voluntatem admitteret, ſed & quomodo placere Deo & in ejus amore proficere poſſet, omnibus viribus conniteretur. Sermones ejus quotidiani & familiares indicabant inprimis, quam frequenti meditatione ad infinitam Dei potentiam, benignitatem, ſapientiam, cum in opificio mundi, tum in ejus gubernatione, atque in conſilio redimendi generis humani attenderet. Unde magna illa, præſens ac viva notio tantæ majeſtatis, in omni re perferenda & agenda lucem prætulit, eademque regulam ſuppeditavit & incitamentum. Igitur ſingula quæ accidebant, ad Deum referre, bona velut in immerentem collata prædicare, lætoque & grato animo excipere, mala non ſine dolore quidem ſed patienter tamen & æqua mente ſuſtinere, dubia & periculoſa cum ſpe & fiducia excipere, futura Deo ardentibus precibus commendare & ſecurus relin-

relinquere ſolebat, quibus demum rebus verus Dei cultus continetur. Exterior Dei veneratio, quantum ab affectata ſpecie ſanctitatis aberat, tam ardens erat & neutiquam fucata; quamque & vultus & ſermo ſpirabant, ſubmiſſa & pia erga Deum Dominum ac patrem ſuum veneratio, quoties opportune in tam ſublime argumentum flecti colloquium poſſet, eam illi ipſe ſenſus intimus & certa convictio religionis expreſſiſſe apparebat. Nunquam ille acrior in diſputando, nec ſeverior in caſtiganda juventute fuit, quam ſi cuiquam ſententia aut verbulum in rem divinam iniquum excidiſſet. Cultum quoque DEI externum, etiam illum qui in ritibus & cærimoniis poſitus eſt, & ipſe lubens ac ſtudioſe ſectabatur, & omnibus velut rem noſtra non minus quam aliorum gratia maxime ſalutarem commendabat. Denique tanta illi lux & vis Evangelii Chriſti videbatur, ut diceret, ſi ſibi ab improbis ſententiis & concertationibus temperaſſent homines, ſique magis pie & ſancte vixiſſent, nullum ſe dubitare, quin totus terrarum orbis factus eſſet Chriſtianus, imo quin Lutheranus. Quodſi autem tota noſtra vita, quatenus Deo dicata eſt, meditatio mortis eſſe debet, facere non poſſum quin clauſulam Carminis ipſius, quod manu ejus exaratum me reperiſſe ſupra demonſtravi, adjiciam. Unde colligi poteſt quam promtus & præparatus ille fuerit, ipſam mortem ſpei plenus adire. Ita vero ille:

Formandæ memini teneræ tribuiſſe juventæ
Quotidie me horas octo, novem, atque decem.
Egregios quosdam docui, plures mediocres:
Pars magna heu molli tradita deſidiæ eſt.
Quod potui, feci: quod deliqui, quod omiſi,
Condona in Chriſto Tu mihi, ſumme Deus!
Si quid ab officii ſupereſſet temporis horis,
Impendi libris hoc ſtudiisque lubens.
Scribendo conans prodeſſe, & plura legendo
Proficere, atque animum ſic alere uſque meum.
Hæc mihi cura fuit, labor hic, hæc grata voluptas,
Hæc mihi pars viſa eſt muneris eſſe mei.
Nulla tamen libros propter fuit hora vaciva,
Non privata meis, publica nulla ſcholis.
Nunc minime incauto nec inexſpectata venit mors,
Regia cum magni me vocat aula poli.
Obſequor æquo animo: Charique, librique, Valete,
Quam meme æterno præſtat adeſſe Deo!
Non ego me moriens diſſolvi conquerar, anguis
Sic cute, ſic cornu diſpare cervus ovat.
Nam Tu certa novæ defunctis gaudia vitæ
Reſtituis merito, maxime CHRISTE, *Tuo.*
Tu ſedes animæ volucri largiris amatas,
Ne mihi ſit pretium mortis inane Tuæ!
Sic ego, cui modo palma obitus, cui vivere CHRISTVS,
Quid metuam mortis ſpicula demta meæ?
Nunc fluctus liquido mutavi, luce tenebras,
Arce caſas fragiles, hoſpitiumque domo.
Exilium patria, mare portu; nobili agonem
Pace, crucem palma, cognitione fidem.

§. 34.

Morbus extre- Scripſerat hæc, ut videtur, non diu poſt ſuſceptum Hamburgi munus, forte cum Anno

no 1701. in præceps vitæ periculum, febrim acutam incidiſſet, certe ante annos complures; quod nec Olearii ſui mortem, nec familiam verbulo attingit. Neque tamen alio animo affectus fuit ad mortem, poſtea convaleſcens, & ſupra ſpem ſuam confirmatus. Memini eum ſæpe inter familiares, atque adeo in conviviis, cum neutiquam triſtis nec infirmus eſſet, ſi forte veniret in hunc locum, dicere, ſe omni momento, quo Deo placuiſſet, lubentem lætoque animo ex hac vita exceſſurum. Seneſcens vero ſolebat vitam cum anni temporibus comparatam, per veris, æſtatis, autumni & hyemis viciſſitudines, imo per duodecim menſes deſcribere, & menſi cuivis ſex tribuere annos. Invenio etiam hac de re, in ſchedula, meditationem germanice conceptam, cum annum quartum & ſexageſimum vitæ ingreſſus eſſet; qua ſe haud procul extremo vitæ ſuæ menſe abeſſe dictitat, niſi etiam mors hunc terminum præceperit. Igitur ut mortem non metuebat, ita & ſentiebat adventantem. Nam quanquam nihil de lepore excitati ingenii detractum ætate ingraveſcente videbatur, tamen corporis vires decreſcere & debilitari cœperunt, quo plus creſceret inſomnia. Eam ob cauſam temperaverat ſibi jam diu poſt cœnam a ſtudiis ſuis, & mane raro ante ſextam imo & ſeptimam lecto ſurgebat. Neque vero unquam, quod ſcio, ſaltem non ultra modum, defraudaverat ſomnum ſuum, ſolebatque eo conſilio narrare

mus, & mors.

rare exemplum Franckensteinii, qui identidem gloriatus, se nocti & somno tot horas studendo furatum esse, tandem eo redactus erat, ut totam noctem insomnem transigeret, de die vero ad aliquid agendum ineptus esset, atque adeo inter prandendum somnó opprimeretur. Hæc vero Fabricii insomnia, quam ipsa senectus afferebat, vehementer aucta est ad extremum morbo uxoris, quam per tres menses continuos lecto decumbentem, fidam & charissimam sibi per sex & triginta annos tori sociam, deserere nolebat, præsertim cum interdum, rogatu nostro in aliud conclave cubitum discedens, haud plus requietis cepisset. Hinc factum quoque suspicor, cum semper noctu totus sudore perfundi soleret, nunc iterum & sæpius surgeret madidus, quo necessaria uxori ministranda curaret, ut transspirantem humorem, velut excrementa naturæ, exitu intercluderet ac repelleret imprudens. Qua in re si non fallor, is humor abundans, & acris, nervos deinde & pulmones necessario oneravit & afflixit. Unde tandem illi lassitudo inusitata, ambulatio gravis ac molesta, & asthma quotidie invalescens, ut postremo vix de sella in sellam direperet. Hinc cum in edendo quinto Volumine Bibliothecæ latinæ, inter morbi incrementa, ægre typographo satisfaceret, ideoque volumini etiam ante literam P absolutam finem imposuisset, ambigua mihi sententia videtur in fronte voluminis posuisse hæc: Ἰδὼν τὸ τέρ-

μα,

μαι, τὴν χάριν δώσω Θεῷ. Certe videbat vitæ ſuæ finem inſtare, & lento gradu accedere. Et quanquam non eſſe ſemper in medicis ſciebat, ut relevetur æger, quippe quos ſatis ſe excuſatos præſtare dictitabat alias, dum morerentur ipſi; tamen & idem honorandum eſſe in tempore Medicum monuerat ſæpius, & nunc ut ſibi quoque & familiæ ſatisfaceret, peritiſſimi Medici Hannekenii operam per ſex amplius hebdomades adhibere non recuſavit. Sed fruſtra eheu fuit omnis medicina, nec ſudor naturalis ulla arte reſtitui, nec materia pectus nervosque gravans diſcuti potuit, febri quoque lenta accedente. Itaque, cum adhuc in ſella ſe ſuſtinuiſſet, aut ſe in pulvinaria appoſita leniter reclinaſſet, triduo ante mortem in lectum contulit, placide mortem exſpectaturus. Nam quamquam in illa difficili & præcluſa reſpiratione maximis cordis angoribus cruciaretur, nulla tamen unquam impatientior vox ex eo audita eſt, quin mediis in angoribus negabat ſe vel momento prius optare mori quam Deo placuiſſet. Cœterum non amicos modo, ſed & familiam atque adeo ancillas, conſueta ſua humanitate & excipiebat & dimittebat. Cum vero nos per vices, ut ipſum diſcedentes ſolum relinqueremus pauliſper, rogaſſet, continuo precantem audiebamus, ut Deus ejus miſereretur per Chriſtum. In vitam vero futuram intentus animo, omnium dolorum oblivifci & cœleſti quodam gaudio efferri viſus

eſt. Cumque ipſi lectos quosdam flores attuliſſem, quibus antea mirifice delectabatur, & continuo Muſeum conſperſum ornatumque habebat, ſane, inquit, multa nobis pulchra per hanc vitam largitur optimus DEVS, ſed o! quanto majora nobis & minus caduca gaudia proponuntur in beatis ſedibus! In hac læta ſpe æternæ ſalutis confirmabatur devoto corporis ac ſanguinis Chriſti in ſacra cœna uſu; ipſeque ſe confirmabat erigebatque repetito ſæpius dicto: Apoc. XIV. 13. *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Ii deinceps (affirmat ſpiritus) a ſuis requieſcent laboribus.* Ingeminabat autem frequenter illud: Spiritus affirmat beatos eſſe, is ſpiritus qui eſt veritas, is qui mentiri neſcit. Atque ita tandem Vir incomparabilis, in ipſa adeo morte ſibi quam ſimillimus, integro ad extremum ſenſuum & rationis uſu, placide obdormivit, die xxx. Aprilis, Anni hujus cIↃ IↃccxxxvi. aſſecutus Annos LXVII. Menſes V. dies XIX. funere publico in D. Petri & Pauli Ædem elatus, die VII. Maji.

§. 35.

Epilogus Vixit itaque Fabricius! Et deſideratus licet ab omnibus, vixit tamen ſatis ſibi, qui in doctrina, ſapientia, virtute & amore in Deum, continua totius vitæ exercitatione, tantum profecerat quantum pauci mortalium; vixit ſatis Juventuti, cui voce, conſiliis & librorum ſupellectile per ſeptem & triginta annos profuit, exem-

exemplumque modeſtiæ & pietatis præivit; vixit patriæ, quæ compluribus omnium ordinum meritiſſimis Viris, ex ejus diſciplina profectis, fruitur; vixit Reipublicæ literariæ, quam tot ſcriptis utiliſſimis auxit ornavitque, quot plurimorum ætas hominum vix prolatura videbatur; denique & vixit ſatis nomini famæque ſuæ, quam ad cultiſſimos quosque populos per totum orbem terrarum diffuſam ſera quoque celebrare non deſinet poſteritas. Equidem, ſi quid attuli, quod ad laudem Viri Magni pertineat, & ſcio me id vere atque ſincera veneratione ejusdem ſcripſiſſe, & tamen perſuaſus ſum, fructum laudis hujus non tam Fabricii eſſe quam poſteritatis, cui inprimis virorum præclarorum res geſtæ viam monſtrare, & ad imitandum exemplo atque incitamento eſſe poſſunt. Igitur & duplici hoc nomine prædicari a me nunc debet ſingularis pietas, quam nomini & meritis Fabricii ultro præſtitit Ampliſſimum Lipſienſe Collegium majus die Saturni Concionancium. (*Groſſe Donnerſtägige Prediger - Geſellſchaft*) Nam cum & ipſe Fabricius huic quondam Collegio interfuiſſet, occaſio inde nata eſt præſentibus Collegii membris, ut inſtituta IV. Kal. Jul. Panegyri memoriam Viri beati recolerent; ubi plurimum Reverendus M. *Hülſenius*, Catecheta ad D. Petri meritiſſimus, Fabricio Concionem funebrem, Clariſſimus *Chriſtianus Kortholtus*, Philoſophiæ Magiſter, & vocatus Legationis Danicæ ad Cæſarem Con-

Concionator, Parentationem publice habuit, M. vero *Nicolaus Kelzius* Vratislavienſis, nitido Carmine germanico typis exſcripto, quod idem infra quoque recudendum cenſui, laudes ejusdem cecinit. Ut appareat, Lipſiam, quæ tantum nobis Virum formavit, & nunc alere præclara ingenia, non modo ſimili doctrinæ virtutisque ſtudio accenſa, ſed & ad merita Fabricii rite commendanda aliis, ex ſuis meritis haud leve afferentia momentum. Nec mediocriter gaviſus ſum poſtea, cum præter exſpectationem meam vidiſſem, Clariſſimum & ſcriptis plurimis Celeberrimum Virum *Jo. Henricum a Seelen* SS. Theol. Lic. & Gymnaſii Lubecenſis Rectorem, Prid. Non. Septembris Orationem ſolennem juſſiſſe haberi in laudem Fabricii, ab ornatiſſimo juvene *Eilhardo Brakero*, Flensburgenſi, cum cujus Patre Henrico, Paſtore Flensburgenſi, Fabricio ſincera amicitia interceſſerat. Ipſe quidem Seelenius ad hanc Orationem invitavit Programmate de Famæ præſtantia, ad Prov. XXII. 1. quod Parti III. Meditationum ejus Exegeticarum ſpes eſt inſertum iri, quemadmodum & Oratio Brakeri, quæ inſcriptionem in numo Mich. Richeyi ampliore explicatione perſequitur, forte in vulgus prodibit. Quod Cl. Seelenii teſtimonium, non precibus cujusquam, non neceſſitudini, non adulationi, ſed ipſis meritis Fabricianis ſincero cultu tributum, ipſius quoque famæ præſtantiam poſteritati commendabit. Equidem Viris

ris me dignioribus hoc relinquo lubens, ut ejusmodi efferant præconio Fabricium, quod Fabricium deceat, quos & aliis in locis nec defuisse vidimus, nec defuturos credo; ego simpliciter & breviter omnia sic complector:

Natus est JO. ALB. FABRICIVS honeste, naturæ dotes & Præceptorum dexteritatem industria & virtute promovit, literas amplificavit, neminem læsit, de omnibus bene meruit, vix quenquam inimicum, multos amicos habuit, laudi suæ diu interfuit, felici in matrimonio, inter liberorum ac nepotum gratam societatem, læta & pacata mente, vegeto corpore, sine multis casibus adversis, ad justam senectutem vixit, pius semper in Deum Deoque acceptus, integris tandem sensibus ad cœlestes animos recipitur, florentes liberos atque nepotes, famam immortalem relinquit. Quid majus quis optet in vita? Quid melius speret post mortem?

§. 36.

Scilicet, ut postremo quoque, quam habuerit, quam reliquerit familiam, adjungam, pauca hæc addo: Duxit An. 1700. 22. Apr. in matrimonium MARGARETAM SCHVLTZIAM, laudati *Jo. Schultzii* Rectoris Scholæ meritissimi virginem filiam unicam, quæ conjux facta omnem curam rei domesticæ & educationis filiarum in se devolvit, & prudentia, morumque elegantia, totam vitam Marito amœnam reddidit, una ipsi morte sua, quæ hoc

ipſo An. d. 16. Jan. contigit, dolorem afferens acerbiſſimum, Matrona, mihi quoque genero, ob ſingularem virtutem & probitatem, denique & amorem ac benevolentiam erga me, æternum prædicanda. Ex hac ſuſcepit duas filias, unumque filium JVSTVM FRIDERICVM, natum An. 1711. 16. Aug. & mox d. 26. Octob. non ſine mœrore Parentum denatum. Filiarum per Dei gratiam ſuperſtitum Major CATHARINA DOROTHEA omni virtute ornatiſſima, nata An. 1705. 26. Maj. nupta eſt An. 1723. d. 11. Nov. Viro Conſultiſſimo JOACH. DIETERICO EVERS J. U. D. Cauſarum Patrono & Comiti Palatino Cæſareo, affinitate & amicitia mihi conjunctiſſimo; enixa eſt liberos *Margaretam Angnetam* An. 1725. d. 1. Febr. *Joannem Albertum* An. 1727. d. 2. Jul. denatum An. 1728. d. 16. Nov. *Hermannum Danielem* An. 1729. d. 28. Martii. *Catharinam Johannam* An. 1730. d. 19. Dec. *Guſtavum Georgium* Anno 1732. d. 26. Nov. denatum d. 27. Nov. *Catharinam Dorotheam* An. 1734. d. 20. Febr. Minor natu FABRICII Filia JOHANNA FRIDERICA lucem vidit An. 1707. 5. Jul. Dulciſſima mihi conjux facta An. 1728. d. 11. Nov. peperit *Johan. Albertum Henricum* An. 1729. d. 11. Nov. *Rutgerum Dietericum* An. 1731. d. 2. Octob. denatum An. 1732. d. 3. Maji, *Margaretam Eliſabetham* An. 1735. d. 22. Jan. ſic ut ex Fabricio præter duas Filias, duo nepotes & quatuor neptes ſuperſint, quibus omnibus ex animo apprecor, ut Fabricii fama, felicitate & voto diu fruantur.

CAPUT

CAPUT II.
DE SCRIPTIS JO. ALB. FABRICII.

FABRICIVS, gravium dives faber ille librorum,
Dum monumentorum per genus omne cluit,
Phœbus inexhaustæ ſpectans Polyhiſtora gazæ
Et Muſam, Muſas quæ valet una novem,
Heus! ait, incudes ſileant nunc mille fabrorum:
Sola mihi ſatis eſt fabrica FABRICII.

Michael Richey P. P.

I. Scripta edita ſeorſim a Fabricio.

§. 1.

SCRIPTORVM RECENTIORVM DECAS. Hamburgi apud Typographum. An. 1688. 4. (a) plag. 1. ſuppreſſo nomine Auctoris.

Argumentum, paulo extenſius dabimus, quod in paucorum manibus verſatur ſcriptum. Complectitur judicia de Decemviris inter Eruditos clariſſimis. 1) *Dan.* G 2 *Georg.*

(a) Ita Titulus habet, non vero *Lipſiæ* 1689. (quanquam Lipſiæ prodiiſſe ſit veri ſimile.) Neque additum eſt *Jo. Alb. Fabr.* nomen.

Georg. Morhofius. Hunc Eloquentiæ, Poeſeos & elegantioris omnis literaturæ Magiſtrum merito appellaverim. Ejus Polyhiſtore nihil eruditius. Commentarium de meritis Germanorum literariis, utinam vulgaret. Levia quæ notari in illo poterant, ne memoranda quidem arbitramur. 2) *Chriſtophorus Cellarius*, multa ſcribit & exſcribit, qualiacunque aliis videantur. Quartas prope curas extorſit Borrichio; adeo temerarium eſt de latinitate ſententiam dicere. (b) 3) *Henningus Witte*, bene meritus de ſæculi noſtri eruditis. In ejus Biographia tamen proclive ſit ſupra 2000 παροράματα indicare. Index negligentiſſime eſt confectus. 4) *Chriſtianus Thomaſius*, quam ſibi de aliis dicendi ſumſit licentiam aliis viciſſim ne invideat. Ingenio gaudet eleganti & liberiore, judicio non immaturo, ſed a doctrina ſæpius deſtituitur. In Introd. aul. Themiſtium inter Patres refert, qui eſt Philoſophus paganus; falſoque putat Philoſophum hunc præiviſſe ſectæ Agnoëtarum, quod in Nicephoro dudum exploſum eſt. Grammaticalia vitia multa commemorari poſſent, niſi ſcirem, eum pædantiſmi averſatione hæc commiſiſſe. Scurrilibus interdum formulis phraſium utens, religionem proſtituere videtur. 5) *Guil. Saldenus.* Cum Ruaro hunc con-

(b) *Wilh. Erh. Tentzelius* in *Monatlichen Unterredungen* 1689. p. 192. teſtatur, vidiſſe ſe aliud exemplum Decadis, in quo hæc mutatis quibusdam verbis in Cellarii laudem verſa ſint.

contendens vir doctus, Polyh. p. 309. minoris ingenii facit, quo in loco Socinianum habere apparet. Minoris judicii esse affirmat Thomasius, ubi cum Voetio comparat. Mihi non tam judicio Voetii quam doctrinæ cedere videtur, quod ex coll. hujus Disspp. select. cum illius otiis Theol. manifestum est. 6) *Abrahamus Berkelius.* Fragmentum Stephani Byzantini, sed quod jam Tennulius anticipaverat, cum inanibus notis edidit, in quibus integrum Stephanum cum interpretatione & commentario daturum se recepit, qui novissime sed eo jam defuncto vulgatus est. Lucas Holstenius eruditissime in Stephanum commentatus est, qui Berkelium, curiose licet rem gerentem, longissime post se reliquit. Usus Berkelius variis MStis, illo præcipue codice ad cujus latus emendationes suas Salmasius notaverat. 7) *Servatius Gallæus.* Hujus de Sibyllis commentario nihil temere insulsius sol adspexit. Figuræ æneæ ex Boissardo depromtæ. Locum ex Justino M. centies occupatum adducens, aliquot paginas de Justino præmittit, & ipsas turpissime compilatas ex aliis. Agathias & Jamblichus inter latinos ipsi autores numerantur. Audet improbare sententiam de una Sibylla, quam firmissimis argumentis Petitus demonstraverat. Tantum dolendum est, Blondello summo Viro non alium defensorem adversus Jesuitæ Crassetti insultationes contigisse. 8) *Jacobus Tollius.* Hujus Fortuita jucundissima sunt,

 quan-

quanquam Criticorum more ad minutula interdum dejiciatur. Obſcuriore ſcribendi genere utitur, quaſi a paucis intelligi velit. Paulo difficilius eſt genus eorum, qui circa Chryſopœiam verſantur. Nimis credulos Chemicos eſſe oportet, qui omnes Poetas deſcripſiſſe putant, quod hodieque ignoratur. 9) *Georg. Matth. König.* De hujus Bibliotheca paulo iniquius judicium viri docti p. 202. Polyh. Neque video quomodo e Catalogis conſtipata eſſe poſſit, cum pauci libri referantur. Longe prolixior MSta fuit, quam nunc edita habetur. Multa ex ea didici fruſtra alibi quæſita. 10) *Chſtriſtian Wilh. Eybenius.* Magiri Eponymologicon auxit. Multa ibi reperias quæ juvare queant, ex Scaligeranis depromta & aliunde paſſim deſultoria lectione obſervata. Equidem poſitis patellariis Diis maximorum Virorum nomina quandoque deſiderantur, neque judicia ab elogiis diſtincta ſunt.

Ephemerides & judicia erud. de hoc ſcripto dabimus jam, ubi de ejus Defenſione agemus.

§. 2.

DEFENSIO DECADIS adverſus hominis malevoli maledicum judicium juſtis de cauſis ab Auctore ſuſcepta, in 4. pl. 1. cum dim. ſine loci, nominis, aut temporis ſignificatione.

Argumentum. Prodierat ſcilicet, poſt ſemeſtre ſpatium a ſcripta Decade, *Epiſtola Ami-*

Amici ad Amicum, qua de Scriptorum recentiorum Decade judicium fertur, sine loci & temporis nota, unius plagulæ, virulento & importuno stylo, sed per se futilis; qua quæ objiciebantur, salso vicissim scribendi genere diluit Auctor, sic ut facile appareat, eum non tantum eruditione & ingenio sed & candore adversario esse longe superiorem. Ad rem spectant hæc: p. 1. *Si fuisset*, inquit, *vir bonus, videns Decadis scriptorem, quem eloquentiæ & literaturæ elegantioris non plane expertem ipse pronunciavit, quamvis lacessitum aliquoties, non tantum a scribendo per tot menses se abstinuisse, sed & non vana prodidisse indicia, quicquid forte juvenilis impetus inconsideratius admiserat, libenter se emendaturum: Videns inquam hæc epistolæ conscribillator, siquidem vir bonus fuisset, nunquam tam inclementi, hostilique ac impotenti animo in eum insurrexisset.* p. 4. *Fac*, inquit, *hac in parte humani aliquid passum me esse, quod juvenis ego sententiam meam de viris aliquot barbatis publice exponere non dubitaverim, non tamen usque quaque falsum fuit illud Menandri:* ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθὲς λέγει. Hinc postquam inanes adversarii objectiunculas impense lusisset, in his desinit: *Interea sancte profitemur, nos doctorum virorum optimeque de literis meritorum famam, quam colimus & veneramur, nullo modo lacessitum ire, omnemque illos quocunque pacto lædendi animum, si quem forte in Decadis vulgatione habuisse videri possimus, penitus abjecisse.* Cœterum

rum An. 1689. vulgata eſt alia *Epiſtola Sinceri Veridici ad Candidum Philalethan ſuper De-Decade recentiorum auctorum ſcripta, Lubecæ apud Bibliopolam*, unius plagulæ; ad quam num a Fabricio reſponſum ſit, equidem vix dixerim.

Ephemerides erud. & judicia de Decade & ejus Defenſione. *Wilh. Erneſtus Tentzelius* in Monatl. Unterredungen. 1689. p. 192. ſſ. p. 302-318. de ipſa Decade; qui quodammodo fallitur, p. 197. auctorem adhuc ignotum ſibi Holſatum eſſe conjiciens, ex eo, quod is de Morhofio loquens, *gratulamur*, inquit, *Patriæ noſtræ*. Quem errorem revocavit ipſe Tentzelius An. 1696. p. 835. ſi modo error dicendus eſt, quia Majoribus Holſatis ortus erat Fabricius. Mox Tentzelius An. 1689. p. 1229. Auctorem agnovit ex Centuria Plagiariorum, cui Jo. Alb. Fabri nomen præfixerat. Nam cum Auctor Decadis, ejuſmodi centuriam ſe propediem editurum eſſe, promiſiſſet, n. 3. proclive erat judicare, ab eodem Fabro & Decadem cuſam eſſe. Cœterum Tentzelius, ut plerumque fit, cenſuram Critici noſtri præſertim ignoti, non ſine appoſitis animadverſionibus Criticis dimiſit.

Vincentius Placcius in Theatro Anonymorum, n. 1446. p. 353. tradit, Auctorem Decadis initio habitum eſſe Petræum quendam, qui munus Profeſſoris Jurium Kilonii tum ambiebat. Oſtendit autem Fabrum hunc non alium

alium esse quam qui Fabricium se in titulo Bibliothecæ latinæ dixisset, *Virum notum sibi, & amicissime secum agentem, doctum & boni moris.*

Jo. Mollerus in Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ Præf. B. 5. b. scribit, Decadem rumore mendaci sibi ante aliquot annos affictam esse, Fabricium autem juvenem doctissimum salutat.

Jo. Christoph. Wolfius in Primitiis Flensburgensibus seu Oratione inaugurali de præcocibus eruditis. Hamb. in 4. p. 11. sq. *Huic* (Seb. Edzardo) *latus claudet Collega ejus conjunctissimus D. Jo. Alb. Fabricius, Vir celeberrimus, quem quod cum eo inter Præceptores meos numerare possim, in maxima certe felicitatis meæ parte pono. Hic inter adolescentes adhuc constitutus, ac in Academia patria studiis non vulgari industria operam navans, idoneum se probavit, qui de præstantissimis illius ætatis luminibus, Cellario, Morhofio, Gallæo, Wittenio, Kœnigio, Berkelio, Thomasio & aliis recte ac sapienter judicaret, id quod præstitit edita An.* 1688. *Decade scriptorum recentiorum, quam ab aliis acriter oppugnatam mascule feliciterque defendit variis scriptis Apologeticis, quibus non minorem ingenii fœcunditatem quam judicii acrimoniam eruditis approbavit.*

Georg. Henricus Gœtzius in Schediasmate de Claris Schmidiis Melet. Annæb. p. 235. de adversario Fabricii loquens dicit prodiisse *epistolam a scurra aliquo scriptam nullius pretii.*

§. 3.

Jo. Alb. Fabri DECAS DECADVM, sive Plagiariorum & Pseudonymorum centuria. Accessit Exercitatio de Lexicis Græcis, eodem Auctore. Lipsiæ sumtibus hered. Frid. Lanckischii, Halis Saxonum literis Salfeldianis An. 1689. 4. Centuria illa in plagula R. desinit, Exercitatio autem de Lexicis a lit. R. ad Lit. V. decurrit. Desunt autem Indices in ejusmodi scripto admodum necessarii, quemadmodum & paginarum numerum in singulis foliis desideramus; quod postremum, una cum frequentibus sphalmatibus, typographi culpæ debetur, quod Auctor ipse a typothetarum operis absens esset, ut in Præf. queritur. Indicem in Jac. Thomasium & Jo. Alb. Fabrum de plagiariis invenio apud Th. J. ab Almeloveen in Syllabo Plagiariorum, secundæ edit. p. 74. ss. Quæ ad Lexica Græca spectant, auctiora videbis in Bibliotheca Græca, præsertim Vol. IV. & X. Ceterum hic unus est Auctoris libellus, sub Fabri nomine editus.

Argumentum. Dixerat Fabricius in Decade recentiorum scriptorum. n. 5. se præsto habere ad 100. exempla novorum plagiariorum. Hinc in Defensione Decadis (B. 1. a.) ait, a Cl. Vincentio Placcio jam postulari a se quod promisisset; quod postulatum est puto in Appendice Invitationis ad A. Magl. de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis. Igitur sine mora rem aggressus, nullo certo ordine dedit scri-

ſcriptores 100, plagii vel accuſatos vel convictos, qua occaſione alii obiter inſperguntur plagiarii; ut recte affirmet in præfatione, ita prope ducentos furti literarii poſtulatos ſe perſtrinxiſſe, quos omnes & ſingulos ſi quis in laudato Indice Almeloveenii inventurum ſe putet, falletur. Sunt vero & in hoc numero complures ab hoc crimine abſoluti, *Leo Philoſophus Imperator.* n. 1. *Flavius Vegetius Renatus.* 2. *Jo. Damaſcenus.* 10. *Galenus.* 11. *Jo. Zonaras.* 19. *Euſebius Pamphili.* 23. *Traj. Boccalini.* 26. *Jac. Aug. Thuanus.* 30. b. *Nic. Fullerus.* 39. *Raim. Lullius.* 42. *Hugo Grotius.* 43. *Anton. Muretus.* 44. *Hieron. Vairlenius* & hac occaſione *Dorſcheus.* 48. *Joſ. Scaliger.* 53. *Paulus Ægineta.* 57. *Marcellus Empiricus.* 60. *Etymologici M. auctor.* 65. *Janus Gruterus.* 73. *Jo. Jac. Hofmannus.* 78. Sunt & Pſeydonymi, *Phalaris.* 8. *Ariſtænetus.* 9. *Regius Goraddivus.* 22. *Renatus Verdæus.* 26. *Soranus.* 55. *Kuranides,* ſeu liber hujus nominis, falſo pro auctore habitus. 61. *Franc. Vatablus.* 69. *Athenagoras.* 71. Pſeudonymi alii decem. 86. Sunt Anonymi varii. 97. Inſperguntur vero ubivis jucundæ obſervationes ad rem literariam & criticam pertinentes, v. g. epiſtolas complures, quæ veteribus tribuuntur, ſuppoſitas eſſe. n. 8. de auctore libri de tribus impoſtoribus. n. 44. de Geoponicorum auctore. n. 100. de Rich. Simonii ſcriptis eriſticis, & adverſariis. n. 86. de iis qui hiſtoriam Medicinæ aut Medicorum ſcripſerint. n. 98. de Patribus ſe invicem exſcri-

exſcribentibus. n. 70. Inſeruntur Indices ſcriptorum a Plinio Medico & auctore Geoponicon laudatorum. n. 56. & 100. Tum elenchus auctorum a Phrynicho citatorum reperitur in Exercit. de Lexicis Græcis T. 2. a. ſ.

Ephemerides erud. & judicia.

Wilh. Ern. Tentzelius in Monathlichen Unterredungen 1689. p. 1229. ſſ.

Giornale de letterati, Parmæ 1689. p. 263. *Dee commendarſi ſenza dubio l' eruditione, & il buon diſcernimento dell' Autore.* Addit: *La Critica di queſto libro è ottima, quando è diſſapaſſionata.* Scilicet homo Pontificius queritur, interdum præjudicatis opinionibus imbutum eſſe Auctorem, & inprimis concoquere non potuit verba poſtrema num. 8. ubi de epiſtolis ſuppoſitis loquens, *ut eo minus* inquit *ferendi ſint Pontificii, qui Apoſtolicis Viris, primorumque ſeculorum Epiſcopis Romanis ineptas epiſtolas ſupponunt, & ad dogmata ſua confirmanda hac antiquitatis auctoritate in ſpeciem nituntur, imitati Gabaonitas, qui ut falſo perſuaderent Joſuæ & Iſraelitis, ſe valde longum iter emenſos fuiſſe, ambitioſe illis oſtentabant ſuos calceos attritos, panes mucidos, utres confractos, & vinum vappaſcens.* Ceterum exercitationem de Lexicis Græcis pariter ab inſigni eruditione commendat. Ex his vero ephemeridibus Italicis innotuit liber Fabricii Anglis quoque, in Compleat Library. 1692. p. 55.

Meminerunt & hujus libri quam plures cum laude. v. g. *Acta Erud.* 1697. p. 109. *Thom.*

Ittigius

Ittigius in Historiæ Eccles. Sæculi I. selectis capitibus p. 339. *Jo. Fechtius* in Præf. ad Dorscheum in IV. Evangelistas g. 4. b. *Jo. Christoph. Wolfius* in Primitiis Flensb. p. 11. sq. Innotuit & mox *Guil. Caveo* de scriptt. Eccles. in Hesychio illustri, sub fin. & *Bælio* in Lexico passim, in Chabotius, Hyperius, Illyricus, & Marianus Socinus. Notum vero est, raro Bælium sine epicrisi erudita citare auctores, igitur & inter cetera observat, perabsurde Chabotium plagii postulari, quasi Commentarium in Horatium totum fere ex Torrentiano exscripserit. Id vero Fabricius obiter tradi a viro quodam docto dixerat. Monet vero Bælius, Chabotium jam mortuum fuisse, cum prodiret Torrentii Commentarius, quod recte a Bælio monitum agnoscit Fabricius in Bibliotheca latina.

§. 4.

GRAMMATICA GRÆCA D. Jacobi *Welleri*, emendata & aucta variis locis. Lipsiæ 1689. 8. & deinceps sæpius recusa, ibidem, sumtibus hæredum Jo. Christ. Tarnovii. Nomen suum nusquam adscripsit Fabricius, nec præfationem quantum scio præmisit.

Argumentum ipsius libri notissimum. Quid vero Fabricius præstiterit conferenti veterem editionem cum recenti patebit. Illa quidem Anni 1689. ad manus mihi non est, sed habeo exemplum Anni 1677. quod cum recentissimo contendens, video observationes,

nes, quibus hæc locupletior eſt, eſſe partim Hiſtoricas v. g. de vario numero literarum apud Græcos, de Dialectorum ratione, & ſcriptoribus in quavis Dialecto &c. partim ad ipſam linguam, & ad regulas exemplis pluribus & rarioribus illuſtrandas ſpectare. Index quoque græcorum vocabulorum auctior eſt. Dubito tamen an Tabula, verbi formationem in compendio exhibens, quæ in recentiſſima editione comparet, a Fabricio profecta ſit, quod ſcio, eum ab explicatione artium per Tabulas alienum fuiſſe.

§. 5.

BIBLIOTHECA LATINA, ſive notitia Auctorum Veterum Latinorum, quorumcunque ſcripta ad nos pervenerunt. Acceſſit duplex Appendix, qua de fragmentis & collectionibus Veterum Scriptorum latinorum, monumentis antiquis, Poetis Chriſtianis, JCtis, Medicisque & ſcriptis quibusdam Hypobolimæis diſſeritur. Obiter ſuppleta ingens lacuna, aliquot paginarum in Scholiis Euſtathii ad Dionyſium Periegetem. Hamburgi apud Benjamin Schiller, Bibliop. 1697. 8. Bibliotheca ipſa eſt pag. 216. Appendices cum Indicibus p. 206. Dedicata Jo. Frid. Mayero.

Recuſa eſt Londini, Impenſis T. Leigh & D. Midwinter. 1703. 8. cui editioni ſparſim adduntur editiones aliquot auctorum veterum, ſed perpaucæ & interdum falſæ. Adjecta præterea Procli Philoſophi vita a Marino

no Neapolitano ſcripta & a Fabricio ſeparatim edita. Diſco autem ex Epiſtola Ludolphi Kuſteri, Jo. Morum Epiſcopum Norwicenſem, conſilio & hortatu ſuo, ut in Anglia recuderetur hæc Bibliotheca, perfeciſſe; ſed quis m anum admoverit, haud dixerim.

Recuſa Hamburgi 1708. 8. pagg 924. ſumtu Benj. Schilleri, nova hac editione ſic recognita ac locupletata, ut novum opus videri poſſit. Hæc primum editio in libros & capita diſtinguitur, quod in prioribus, Hamburgenſi juxta ac Londinenſi, deſiderabatur.

Recuſa Hamb. ſumtu Benj. Schilleri. 1712. 8. cum novo ſupplem. ſeparatim excuſo, p. 352.

Recuſa Hamb. 1721. 8. ſumtu viduæ Benj. Schilleri & Jo. Chriſtoph. Kiſneri; cui editioni ab Auctore emendatæ accedit Volum. alterum ſupplementi loco ſeparatim excuſum Tria igitur ſunt Volumina, I. pp. 924. II. pp. 864. dedicatum H. Wetſtenio, Bibliop. cui accedunt Epiſtolæ Q. Curtii nomine An. 1500. Regii Lepidi vulgatæ. III. An. 1722. editum pp. 1012. dedic. Gerh. Dunte. J. U. D. cui accedunt Cornelii Celſi Rhetorica, ex unica Sixti Popmæ editione.

Recuſa Venetiis 1728. 4. apud Sebaſt. Coleti, duobus Voll. I. pp. 676. II. pp. 687. ſupplementis, quæ antea ſejunctim excuſa maximo lectorum incommodo legebantur, ſuis quibusque locis nunc primum inſertis. Indices ad hanc editionem accommodati ſunt, in reliquis nihil additum nec mutatum, niſi quod

quod pauca quædam, quæ Pontificii ferre non poterant, omissa sint.

Editio Parisiensis memoratur in History of the Works of the Learned 1700. p. 723. sed deceptus est Auctor ex Journal des Savans 1700. p. 785. qui locus nihil aliud vult, quam librum Bibliothecæ latinæ venalem esse Parisiis apud Johannem Annisonium. Hunc tamen errorem sequitur Auctor des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern Part. VI. pag. 612.

Profitetur Fabricius in Præf. ad Vol. II. seu Partem primam Supplementorum, se ad locupletandas editiones iteratas haud parum profecisse ex *Mich. Maittaire* Annalibus typographicis, *Christiani Junckeri* Prolegomenis ad Scriptores latinos a se editos, *Jo Gottlieb Krausii* & sociorem Ephemeridibus, Lipsiæ Germanico sermone editis, & *Christiani Schættgenii* literis; quibus adjungi possunt aliorum amicorum epistolæ familiares, & propria Fabricii lectio, qua etiam effectum est ut non contemnendæ accessiones MSS. præsto sint, quibus nova editio ad Venetam paranda ornari queat.

Ephemerides & judicia Erud.

Acta Eruditorum. 1697. p. 108. T. IV. suppl. pag. 88.

W. E. Tentzelius, Monatl. Unterred. 1696. pag. 855. 1705. p. 200.

Boekzaal von Europe. 1699. I. p. 121.

Histoire des Ouvrag. des Savans. 1697. p. 276.

Biblio-

Bibliotheque Choisie. Tom. III. p. 362
Nouvelles de la Rep. des Lettres. 1703. II. p. 648. de edit. Lond.
Journal des Savans 1708. I. p. 207. 1710. Mart. pag. 287.
N. L. Germaniæ 1708. p. 440.
Ausführl. Bericht von neuen Büchern 1708. p. 873. & 997.
Bibliotheque Germanique T. VI. p. 61.
Journal literaire Tom. XV. pag. 465. de edit. Veneta

Eorum qui laudarunt hanc Bibliothecam numerus iniri vix poteſt, & res per ſe ipſa loquitur, humanioribus literis, quæ e veterum ſcriptis perdiſci debent, facem accenſam eſſe ſplendidiſſimam. Igitur non latius patet amor humanitatis, quam hujus libri. Neſcio tamen an operæ pretium ſit commemorare, præter paucos alios importune quædam notantes, hominem exſtitiſſe ſub *Conſtantis a Ferris* nomine latentem, qui in *epiſtola ad Sincerum Amicum* Trajecto ad Rhenum ut ſubſcriptio habet d. 1. Jun. 1722. *Monita quædam ad Cl. Viri J. A. Fabricii ſupplementa Bibliothecæ Latinæ,* & quidem ad L. IV. c. 9. in forma quarti ordinis edidit, quibus de toto opere abjecte ſentit, quod quidam JCti non laudati ſint, quos ille præ ceteris laudandos putabat, & forte in Collegio quodam laudatos audiverat. Cœterum quis neget, quædam etiam nunc poſt quintam editionem addi, quædam forte etiam corrigi poſſe? Nec enim aliter patiun-

tur hæc ſtudia. At exigui ingenii eſt, propter quosdam lapillos adſtruendos aliterve collocandos, vaſtum & ſplendidum palatium velle totum diruere, ejusque admirandam pulchritudinem, artem atque uſum non perſpicere.

§. 6.

VITA PROCLI Philoſophi Platonici, Scriptore Marino Neapolitano, quam altera parte, de virtutibus Procli theoreticis ac theurgicis auctiorem & nunc demum integram primus edidit, verſionem, breves notas, atque elenchum Scriptorum Procli adjecit. Præmiſſa ſunt Prolegomena de Marino, de ætate, gente, Magiſtris & ſucceſſoribus Procli, tum de ſeptem generibus ſive gradibus virtutum, quas in Præceptore ſuo celebrat Marinus. Hamburgi apud Godofredum Liebezeit. 1700. 4. pp. 111. præter 4. plagg. Prolegomenor. Dedicata Richardo Bentlejo. Recuſa ad calcem Bibliothecæ lat. editionis Londinenſis 1703. 8. Confer etiam de Proclo, Athenienſis ſcholæ Doctore celeberrimo circa medium Sæc. V. a C. N. ejusque ſucceſſore Marino, Neapoli, id eſt Napluſa Palæſtinæ urbe, quæ aliis Sichem creditur, oriundo, Bibliothecam Græc. Vol. VIII. p. 455. ſſ. ubi & de prioribus vitæ Procli a Marino ſcriptæ editionibus. Libellus ipſe varia jucunda & utiliſſima continet, quibus hiſtoria Philoſophica illius ætatis & Philoſophiæ Platonicæ illuſtratur. Quanquam id egiſſe videatur Scriptor

ptor paganus, ut Christo ac Christianis vitæ non minus sanctæ quam miraculis spectatæ exemplum opponeret. Sunt quædam ad hunc quoque librum manu Fabricii notata, quæ & dictioni & rebus majorem lucem affundunt.

Ephemerides Eruditorum.

Acta Eruditorum 1700. p. 426.
Monatliche Auszüge 1700. Novemb. p. 798.
Memoires de Trevoux 1702. p. 316.
Nouv. de la Rep. des Lettres 1702. I. p. 440.

§. 7.

CODEX APOCRYPHUS N. T. collectus, castigatus, testimoniisque, censuris & animadversionibus illustratus. Hamburgi apud Benj. Schillerum. 1703. 8. Alph. III. Distributus in II. Tomos, dedicatusque Socero Jo. Schultzio, Scholæ Johanneæ Hamburgensis Rectori. Recusus est An. 1719. 8. sumtu viduæ Benj. Schilleri & Joh. Christoph. Kisneri tertio Tomo auctior, qui inscribitur: *Codicis Apocryphi Novi Testamenti Pars tertia nunc primum edita* Hamb. ap. eosd. An. 1719. 8. Alphab. III. dedicata Viris summis Christophoro Matthæo Pfaffio, Cancellario nunc Academiæ Tubingensis, & Jo. Frickio, Theologiæ Professori & Ecclesiastæ Ulmensi.

Argumentum. Exhibet Auctor cum annotationibus suis scripta, falso pro Canoni-

cis N. T. venditata, vel certe ſuppeditat eorundem ex Veteribus notitiam, addita ubique epicriſi partim ſua partim aliorum, qua falſitatis hæc ſcripta convincuntur, & hiſtoria dogmatum & rituum Eccleſiæ atque hæreſium, interdum & ſcripturæ loca illuſtrantur. T. I. complectitur Evangelia ſuppoſita, & præterea fragmenta ac notitiam quinquaginta Evangeliorum apocryphorum, tum Acta Pilati, ejuſdemque ad Tiberium, & Lentuli ad Senatum epiſtolas, denique & Chriſti epiſtolam ad Abgarum, dictaque ei tributa quæ in Evangeliis Canonicis non exſtant. T. II. Hiſt. Apoſtolicam Abdiæ, & notitiam Actuum Apoſtolicorum 36. apocryphorum, Mariæ epiſtolas, alias item Paulo, Petro & Johanni tributas, poſtremo Dodecadem Apocalypſeon Apocrypharum. Tom. III. agit de Liturgiis quæ Apoſtolorum nomine falſo inſcribuntur, de Synodo & Symbolo Apoſtolico, de Evangelio Barnabæ, de dictis factisque Chriſti, & de Pilati, Judæorum, Mariæ, Apoſtolorum apocryphis, ad ſupplementa utriuſque partis prioris ſpectantibus. Ultimo loco ſubjungitur Hermæ Paſtor emendatior. Pilati illa ἀναφορὰ, ſeu Relatio ad Tiberium, deſcripta græce ex codice MS. Colbertino debetur induſtriæ Rev. Guſtavi Schrœdteri Paſtoris poſtea Glückſtadienſis; ſed plura in eo Codice huc ſpectantia ſupereſſe teſtatur per literas Schrœdterus, & Cl. Schœttgenius ſimiliter ſignificavit Fabricio, eſſe in Bibliotheca Stargardenſi MS. exem-

exemplum plenius Evang. Nicodemi & Actorum Pilati, quemadmodum & Prologo & Epilogo auctius est in Bibl. Uffenbachiana II. p. 14. Acta Pilati græca Fabricius primus edidit & latine reddidit. Fragmenta Evangelii Barnabæ italica petita sunt ex Cod. MS. Bibliothecæ Serenissimi Principis Eugenii. Omnia hæc, commentitia licet, nunc tamen nullius vi abolenda, curiose quæruntur a multis, & recte quæruntur, cum nemo falsitatis damnare possit quæ non viderit. Quæ itaque antea per sexcentos libros dispersa ægre inveniebantur, hic non modo collecta, sed simul testimoniis & censuris haud inficiandis confossa habemus. Indeque percipimus etiam usum varium in Patrum locis non paucis rectius intelligendis, inque historia omni Ecclesiastica, partim ut impedimenta religioni a fabulis & superstitione objecta animadvertamus, partim ut insignia veteris veritatis & pietatis vestigia inter infelix lolium observemus; quo spectat v.g. illud, quod in omnibus liturgiis, licet Apostolica ætate longe posterioribus, mirus tamen consensus est in eo, quod sacram Eucharistiam non sub una, sed ita ut Christus illam instituit, & ut Apostolorum exemplo veteres Christiani rectissime & constantissime fecerunt, sub utraque, pane scilicet ac vino, populis distribuunt.

Ephemerides Eruditorum.

Acta Eruditorum 1703. p. 377.

Unschuldige Nachrichten 1703. p. 204. & 836. 1704. p. 265. 1719. p. 288. & 832.
Nova literaria Germaniæ 1703. p. 158.
Histoire des Ouvrages des savans 1703. p. 227.
Nouvelles de la Rep. des lettres 1703. II. p. 623.
Journal des savans 1705. p. 460.
Memoires de Trevoux 1705. I. p. 838. II. p. 1865. & 1710. p. 1822.
Works of the learned 1704. p. 3.
Bibliotheque Choisie T. IV. p. 315. T. XVI. p. 293. 303.
Nova literaria Lipsiensia latina 1720. p. 54.
Neue Bibliotheck P. XCII. p. 166.

§. 8.

BIBLIOTHECA GRAECA, (Vol. I. id est L. I. & II.) *sive notitia Sciptorum veterum Græcorum, quorumcunque monumenta integra aut fragmenta edita exstant: tum plerorumque e MSS. ac deperditis. Accessit Empedoclis Sphæra & Marcelli Sidetæ carmen de medicamentis e piscibus, græce & latine cum brevibus notis.* Hamburgi, sumtu Christiani Liebezeit. 1705. 4. Alphab. IV. plagg. 21. dedicata immortalis memoriæ Consuli Hamb. Gerhardo Schrœdero. Secunda editio auctior Hamb. 1708. 4. ap. eund. Alph. V. plagg. 8. Tertia editio ib. ap. eund. 1718. 4.

Argumentum gener. Scriptores Græc. maxime profanos omnis ætatis, usq; ad captam a Turcis Cpolin h. e. ad Sæc. XV. medium, VI.

Libris

Libris recenset, sic ut etiam deperditorum habeatur ratio, Eorum vero præcipue qui supersunt, ætas, vita, doctrina, scripta, commentatores & scholiastæ, Codices MSS. editiones, stupendo labore accurate & summo cum judicio describuntur. Multa inseruntur scripta adhuc vel inedita, vel rariora, vel certe nunc castigatiora & notis illustrata: Observationes præterea doctissimæ ad Philologiam, Criticen, Historiam, Antiquitates, Philosophiam & omne genus artium spectantes non parca manu appenduntur. Habes hic etiam Catalogos Philosophorum prope cujusvis sectæ, Legumlatorum, Poetarum Lyricorum, Tragicorum, Comicorum, Mathematicorum, Medicorum, &c: Denique Indices Homonymorum, & Auctorum veterum apud Scholiastas maxime laudatorum. Sic ut operis hujus omnium Fabricianorum principis dignitas laborem quadraginta annorum non dedeceat, quem in illud congerendum ac perficiendum jam ab Anno 1688. usque ad Annum 1728. insumsit. Absolutum tamen se omnibus numeris præstare nihil, agnovit facile Auctor in Præf. Vol. I. proinde gratias ait acturum ei, qui vel omissa vel perperam posita notaverit, imo reprehensioni materiam libenter præbiturum, *quod est Criticorum quorundam summum jus, ut notata una hallucinatione vel omissione totum laborem conculcent & nauci esse clamitent.*

De Indicibus Auctorum apud Veteres lau-

datorum, & Supplementis, habeo quod generatim moneam. Indices quidem, maximi per se usus, ante hoc tempus Viri docti privatis commodis in unum alterumve Auctorem confectos habebant; unde est, quod a Rudolpho Borghesio, Laurentio Normanno, Erico Benzelio, Gisberto Cupero, Jo. Baptista Desforest, Jo. Hudsono, Richardo Bentlejo, Ludolpho Kustero, aliis, ejusmodi Indices paratos fuisse, in literis ad Fabricium scriptis reperio. Sed non est unius hominis labor, qui præter pertinacem diligentiam, etiam doctrinam ac judicium non mediocre postulat. Produnt utrumque nonnulli Indices, cum a Fabricio tum ab Auditoribus probatis congesti; sed fatendum est, non omnes Indices hos Bibliothecæ Græcæ insertos æqua se accuratione commendare. Igitur passim quædam in illis Viri docti notarunt v.g. Jo. Freindius in Historia Medicinæ, conf. Acta Erud. Germanica. P. CXXVI. n. 1. item Thryllitius in Miscellaneis Lipsiensibus T. II. p. 566. ss. Quidam etiam amici Fabricii, Indices quos habebant accuratiores, vel emendationes suas, cum ceteris suis animadversionibus ad Bibliothecam græcam, liberaliter transmiserunt; Eam itaque benignitatem spero eosdem in posterum & mihi non denegaturos esse, ad quem cura devolvitur, ut multifaria quæ jam ad manus sunt observata ad Bibliothecam græcam, in unum Volumen Supplementorum conferam; quod quidem cum mea symbola ornari parum

rum possit, justum splendorem Fabriciano dignum nomine a subsidiaria Clarissimorum Virorum opera exspectat.

Volumen I. Libro I. agit de septuaginta Auctoribus, ordine Alphabetico, qui ante Homerum scripsisse perhibentur. Libro II. de de Scriptoribus ab Homeri ætate usque ad Platonem.

Vol. II. seu *Bibliothecæ græcæ Lib. III. de Scriptoribus, qui claruerunt a Platone usque ad tempora nati Christi Sospitatoris nostri. Accedunt* Albini *Introductio, in Platonem : &* Anatolii *quædam nunc primum edita : tum* Poeta Vetus *de Viribus herbarum Diis sacrarum, cum lat. versione & notis.* Hamb. Sumtu Christiani Liebezeit. 1707. 4. Alph. IV. plagg. 13. Recus. 1716. ib. ap. eund. in 4. sine accessionibus, quod & de sequentibus Voluminibus observandum est. Dedicatum Joanni Moro Episcopo Norvicensi.

Vol. III. seu *Bibliothecæ gr. Lib. IV.* (usque ad C. 21.) *de libris sacris Novi Foederis, Philone item atque Josepho, & aliis Scriptoribus claris a tempore nati Christi Salvatoris nostri ad Constantinum M. usque. Accedunt* Cl. Ptolemæi *liber de Apparentiis fixarum, nunc primum græce editus, addita versione: &* Phil. Labbei *S. J. Elogium Galeni Chronologicum.* Hamb. ap. eund. 1708. 4. Alph. III. pl. 22. recusum 1717. ib. ap eund. Dedicatum Magno de Wedderkop, Ministro supremo Holsatiæ Ducis.

Vol. IV. ſeu *Bibliothecæ Græcæ Libri IV. Pars altera* (c. 22. 36.) *qua præter Scriptores de numerorum doctrina, & alios nonnullos Philoſophos, recenſentur Rhetores ac Sophiſtæ, Lexicorumque veterum græcorum notitia traditur. Accedunt, præter nonnulla hactenus inedita,* Democriti & Anatolii *de ſympathiis & Antipathiis, interpretatione & commentario illuſtrata: &* Ptolemæi Aſcalonitæ *de differentia vocum græcarum: ſpecimenque* Gloſſarii MS. νομικοῦ: Porphyrius *de vita ſcriptiſque Plotini, cum brevibus notis:* Longini *de Metris fragmentum:* Lucæ Holſtenii V. C. *Diſſ. de vita & ſcriptis Porphyrii.* Hamb. ap. eund. 1711. 4. Alph. III. plagg. 10. Recuſ. ibid. ap. eund. 1722. 4. Dedicatum Paulo Draing. Senatori Hamb.

Vol. V. ſeu *Bibliothecæ græcæ Lib. V. de Scriptoribus græcis Chriſtianis, aliisque qui vixere a Conſtantini M. ætate ad captam A. C.* 1453. *a Turcis Cpolin.* (C. 1. 2. uſque ad IV. Sæc.) *Accedunt* Leonis Allatii *Diatribæ de Nilis & Pſellis eorumque ſcriptis, & de libris Eccleſiaſticis græcorum, notis ac ſupplementis auctæ: atque* Mich. Pſelli *de omnivaria Doctrina quæſtiones CXCIII. ad Mich. Ducam Imperatorem, nunc primum editæ ex Apographo Lindenbrogiano, quod exſtat Hamburgi in Bibliotheca Johannea.* Hamb. ap. eund. 1712. 4. Alph. V. pl. 9. Recuſ. ib. ap. eund. 1722. 4. Dedicatum Godfr. Oleario. Th. D. & Prof. Lipſienſi.

Vol. VI. ſeu *Bibliothecæ Græcæ Lib. V. Pars altera,* (C. 3-6.) *qua Græci auctores annalium,*

&

& historiæ Ecclesiasticæ Byzantinæ, nec non Erotici Scriptores recensentur. Accessit, præter Leonis Imp. *Naumachicca, & carmen* Heliodori *de Chrysopœia ad Theodosium Imp. aliaque aliorum inedita hactenus monumenta,* Auctoris Dissertatio, *qua probatur, crucem qua in cælo visa Deus usus est ad Constantini M. animum permovendum, fuisse phænomenon (perinde ut iridem) naturale, in halone solari.* Hamb. ap. eund. 1714. 4. Alph. IV. pl. 15. Recus. ib. ap. eund. 1725. 4. Dedicatum Zachariæ Conrado ab Uffenb. J. U. D. postea Cos. Francofurtensi.

Vol. VII. seu *Bibliothecæ Græcæ, (Lib. V. Pars III. C. 7-17.) in quo præter alios insignes IV. maxime ac V. Sæculi Scriptores, recensentur Grammatici græci, ac Christiani Poetæ, & Hæresiologi, Catenæque Patrum græcorum in Scripturam S. Accedunt primum edita Grammatica* Dionysiii Thracis: Libanii Sophistæ *Orationes IV. cum versione; una etiam cum notis C. V. Godfridi Olearii: Ejusdem* Libanii *Epistolæ quædam, &* Emanuelis Phile *Poema de elephante, aliaque Poematia: Insertus præterea Catalogus quingentorum circiter Scriptorum, qui* veritatem Religionis Christianæ *adversus Atheos, Deistas, Ethnicos, Judæos & Muhammedanos asseruerunt.* Hamb. ap. eund. 1715. 4. Alph. IV. pl. 9. Recusum ib. ap. eund. 1726. 4. Dedicatum Friderico Rostgardo, Consiliario & Archivario Regis Daniæ.

Vol. VIII. seu *Bibliothecæ Græcæ Libri V. Pars IV. (C. 18-31.) in qua de Philosophis, Themistio,*

mistio, Theone, Pappo, Syriano, Proclo, Simplicio & aliis, nec non de Ecclesiæ Doctoribus celebratissimis, hæreticisque; & de Jo. Stobæo atque aliis locorum communium Scriptoribus græcis disseritur. Accedunt nunc primum edita Maximi Philosophi, *quem Julianus Imp. audivit, Poema* περὶ καταρχῶν: Eunomii Hæretici *Apologeticus:* Synesii *de arte magna:* Procli Philosophi *de providentia & fato ad Theodorum Mechanicum, & alia quædam:* Choricii Sophistæ *orationes duæ, una in funere Procopii Gazæi, & altera in Summum Ducem:* Basilii Cubicularii *Naumachica &c:* Hamb. ap. eund. 1717. 4. Alph. IV. pl. 21. Recusum ibid. ap. eund. 1729. 4. Dedicatum Bernhardo Matfeld Consuli Reip. Hamb.

Vol. IX. seu *Bibliothecæ Græcæ Lib. V. Pars V. & ultima, (C. 32-40.) in qua præter multos alios traduntur Scriptores, qui vitas Sanctorum Monachorumque composuere; & de Theodoris Anastasiis, Joanne Philopono, Photio, scriptisque censuræ ejus subjectis, ac de Suida plenius disseritur. Accedunt nonnulla hactenus inedita, ut* Xenocratis *de alimento ex aquatilibus, longe quam Gesnerus eum olim vulgaverat, plenior:* Himerii *Oratio, qua Athenis Julianum Imp. excepit: Specimen Lexici* Photii*: nec non* Maximi Sophistæ *de objectionibus insolubilibus eludendis: &* Troili *Prolegomena Rhetorica.* Hamb. sumtu Christ. Liebezeit & Theod. Christoph. Felginer. 1719. 8. Alph. IV. pl. 14. Recudendum propediem cum volumine decimo

mo & undecimo. Dedicatum Conrado Widow, Reip. Hamb. Senatori.

Vol. X. ſeu *Bibliothecæ Græcæ reliqua Partis ultimæ Libri V.* (*C.* 41-45.) *ubi de Etymologico M. & ceteris Lexicis græcis, maxime vero de Scriptoribus mediæ & infimæ Græciæ diſſeritur. Accedit præter* Lexicon *in Octateuchum, Homiliam* Andreæ Cretenſis *de Phariſæo & Publicano, aliaque aliorum inedita Apoſpaſmatia;* Leonis Allatii *Diatriba de Georgiis, notulis, ſupplemento & indice illuſtrata. Præmittuntur Indices* 1) *Homonymorum Scriptorum &* 2) *Indicum in Scriptores Græcos, per X. Volumina hujus Bibliothecæ ſparſorum.* Hamb. ſumtu viduæ Liebezeitiæ & Theod. Chriſtoph. Felginer 1721. 4. Alph. IV. plagg. 9. Dedicatum Johanni Langhans, Reip. Hamb. Senatori primo.

Vol. XI. ſeu *Bibliothecæ Græcæ Libri VI. capita* 4. *priora, quibus enarrantur collectiones canonum veteris Eccleſiæ & Conciliorum tam univerſalium quam particularium, nec non de epiſtolis ac decretis Pontificum Rom. notitia traditur. Accedit præter* Synodicon Vetus *pridem in lucem datum A. B. D. Joanne Pappo,* Demetrii Procopii *Macedonis Moſchopolitæ ſuccincta Eruditorum græcorum ſuperioris ac præſentis ſæculi recenſio, nunc primum edita græce & latine.* Hamb. ſumtu Theod. Chriſtoph. Felginer. 1722. 4. Alph. IV. pl. 10. Dedicatum Joanni Nicolao, Alexandri F. Maurocordato de Scarlati, totius Hungaro-Walachiæ Principi.

Vol.

Vol. XII. ſeu *Bibliothecæ græcæ (Lib. VI. C. 5-8.) ubi poſt Elenchum ſitus Epiſcopatuum orbis Chriſtiani ultra quater mille, & Scriptorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ notitiam, de JCtis & Medicis græcis diſſeritur. Accedunt præter inedita varia* Plutarchi, Theodori Studitæ, *& aliorum, ſelectaque Veterum rarius obvia apoſpasmatia,* Theophili Protoſpatarii *Libri V. de hominis fabrica, græce & latine.* Hamb. ap. eund. 1724. 4. Alph. V. pl. 1. Dedicatum Scipioni Marchioni Maffejo.

Vol. XIII. ſeu *Bibliothecæ græcæ (Lib. VI. C. 9. 10.) quibus continetur Elenchus Medicorum Veterum & notitia collectionum ac Scriptorum Græcorum junctim editorum, Liturgicorumque. Accedunt* Anonymi Hœſcheliani *Definitiones, latina verſione donotæ:* Sententiæ *Variorum &* ſecundi Philoſophi, *emendatæ ex MS.* Nuncupationes Eccleſiaſticæ, *quibus utuntur in ſuo literarum commercio Græci recentiores;* Theophili Corydalei *expoſitio Rhetorices &c.* Hamb. ap. eund. 1726. 4. Alph. IV. pl. 18. Dedicatum Jo. Julio Surland, Syndico Reip. Hamburgenſis.

Vol. XIV. ſeu *Bibliothecæ Græcæ (Lib. VI. C. 11. 12.) quibus continentur Paralipomena quædam, & de ſcriptis Pſeudonymis atque ſuppoſititiis Diatriba, poſtremo ad univerſa quatuordecim Volumina Index generalis. Accedunt præter alia,* Gemiſti Plethonis *Compendium Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum, græce ac latine: & genuini* Beroſi Chaldæi *Fragmenta: nec*

nec non Epiſtolæ, quæ feruntur ſub falſo Diodori Siculi *nomine.* Hamb. ſumtu viduæ Felgineriæ 1728. 4. Alph. IV. pl. 3. Dedicatum Nicolao Staphorſt, Paſtori ad S. Joannis ædem.

Specimen quoddam Compendii hujus Bibliothecæ dedit *von Einem*, & *Hederich.* vide infra in Elogiis.

Ephemerides & judicia erud.

Vol. I. *Hiſtoria Bibl. Fabricianæ* P. VI. p. 131.
Nachricht von der Stolliſchen Bibl. P. II. p. 150.
Acta Eruditorum. 1705. p. 323.
Bibliotheque Choiſie. Tom. XIII. p. 327.
Journal des Savans. 1709. Nov. p. 347. de ſec. edit.

Vol. II. *Acta Eruditorum.* 1708. p. 55.
Biblioth. Choiſie. T. XIII. p. 337.
Works of the Learned. 1707. Vol. IX. p. 451.

Vol. III. *Acta Eruditorum.* T. V. ſuppl. p. 310. 334.
Bibliotheque Choiſie. T. XVI. p. 393.

Vol. IV. *Ausführl. Bericht v. N. B.* P. XII. p. 1107.
Giornale de letterati d'Italia. Venet. 8. T. X. p. 504.

Vol. V. *Deutſche Acta Erud.* P. VII. p. 599.
Memoirs of Literature. 1712. p. 299.

Vol. VI. *Acta Eruditorum.* 1714. p. 393.
Deutſche Acta Erud. P. XXVII. p. 250.
Bücher-Saal. P. XXXIX. p. 192.

Repu-

Republyk der Geleerden. 1714. Jul. Aug. pag. 72.

Vol. VII. *Acta Eruditorum.* 1715. p. 262.
Deutsche Acta Erud. P. XXXVII. p. 6.
Journal des Savans. Aug. 1716. p. 220.
Republyk der Geleerden. 1715. Jul. Aug. pag. 31.

Vol. VIII. *Acta Eruditorum.* 1717. p. 392.
Deutsche Acta Erud. P. L. p. 100.

Vol. IX. *Acta Erud.* 1720. p. 69.
Europe Savante. 1720. T. XII P. I. p. 49.
Bibliotheque Anc. & Mod. T. XIII. p. 324.

Vol. X. *Acta Eruditorum.* 1721. p. 425.
Allern. Hist. der Theol. Gel. 1722. Mart. num. 2.
Memoires de Trevoux. 1719. Jul. T. II. p. 1149.
Biblioth. Anc. & Mod. T. XV. p. 198.

Vol. XI. *Acta Erud.* 1723. p. 258.
Bibliotheque germanique. T. V. p. 147.

Vol. XII. *Acta Erud.* 1724. p 514.
Bibliotheque German. T. VIII. p. 165.
Giornale d'Italia Venet. 8. Tom. XXXVI. p. 316.

Vol. XIII. *Acta Erud.* 1726. p. 351.
Monatl. Nachrichten. 1726. p. 439.
Bibliotheque German. T. XIII. p 233.

Vol. XIV. *Acta Erud.* 1728. p. 310.
Bibliotheque Germ. T. XVIII. p. 89.

Elogia Bibliothecæ Græcæ & Auctoris generatim, ad hunc librum principem ordine alphabeti-

betico congeſta, inſperſis etiam quibusdam judiciis quibus ab Auctore diſſentiunt Eruditi. Jo. Henricus *Ackerus* Præf. ad Caſelii Thucydidea Jenæ 1714. 8. Jo. *Alberti* in Periculo Critico. p. 71. Petr. Frid. *Arpe* in Theatro Fati. Roterod. 1712. 8. p. 26. Joſeph. Sim. *Aſſeman* T. II. Biblioth. orientalis p. 129. 168. 189. T. III. p. 7. 9. &c. Jo. *Barbayrac.* Præf. ad Gallicam verſ. Sam. Puffendorffii de J. N. G. & in Diatriba de nova Lucretii editione. T. 17. Bibl. Choiſ. p. 249. Joſua *Barnes* Præf. ad Homerum. Jac. *Baſnage* T. I. Caniſii Lection. antiqu. p. 763. & in præf. p. 81. Hiſtoire des Juifs. T. VI. p. 6. Mr. *Bayle* Reponſe aux queſtions d'un Provincial. T. IV. p. 155. Jo. Guil. *Bergerus* Diſſ. 1. de λίνῳ ἄσματι Witteb. 1707. Diſſ. de Libanio &c. Steph. *Berglerus* Præf. ad Homeri Odyſſeam. A. *Blackwall* ſacred. Claſſics defended and illuſtrated. T. I. p. 190. Chriſt. Frid. *Boerner* præf. ad Bibl. ſacram Jacobi le Long. Lambertus *Bos* præf. novæ edit. LXX. Interpretum. Jac. *Brucker* Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie T. I. p. 626. 892. &c. T. II. p. 456. &c. T. IV. p. 1377. & in Dedic. T. V. Jo. Fr. *Buddeus* Iſagoge Hiſt. Theol. p. 122. 164. 170. Hiſtor. Eccleſ. V. T. Tom. I. p. 32. 442. 436. 1010. Præf. ad Dictionarium Univerſ. Morerianum germanice editum. Petrus *Burmannus* Præf. ad Eleutheri Lipſienſis emendationes in Menandri reliquias. Remigius *Ceillier* Hiſtoire generale des auteurs T. II. c. 27. Adolphus *Clarmundus* VIII. Lebens Beſchrei-

bung. p. 68. ſq. Jo. *Clericus* cum in Bibliothecis ſuis, tum in Præf. ad Philargyri Cantabrigienſis emendationes in Menandri & Philemonis reliquias. Jo. Chriſtoph *Colerus* in Analectis ad Struvii Introduct. in Hiſtor. lit. pag. 152. Nic. *Comnenus* Papadopoli L. II. Hiſtoriæ Gymnaſii Patavini p. 265. Jo. Frid. *Cotta* Proleg. ad germanicam Fl. Joſephi verſionem. Tubingæ 1735. fol. Maturinus Veiſſiere la *Croze* in Vindiciis Veterum Scriptor. p. 140. 167. 212. Magnus *Cruſius* in Diſſ. epiſtolica Lipſ. 1728. 4. Jo. *Daviſius* ad Ciceronis Tuſc. quæſt. p. 28. & de legibus. p. 95. Martinus *Dieffenbach* in Judæo converſo p. 166. Jo. Gabr. *Doppelmayer* Nachricht von den Nürenbergiſchen Mathematicis, paſſim. Jo. Chriſtoph. *Dornius* ad Jonſium de ſcriptt. Hiſt. philoſ. p. 215. & Bibl. Theol. p. 111. 119. 52. Carol. Andr. *Dukerus* Præf. ad Thucydidem & ad vitam Thucydidis à Marcellino p. 3. Jo. Juſtus von *Einem* in Introduct. ſuccincta in Bibl. græc. uſui Scholaſtico accommodata. Magd. 1734. 8. Jo. Juſtus *Fahſius* p. 238. des Vorgemachs der Gelehrſamkeit. Nic. Carminius *Falco* Præf. ad Dionis Caſſii libros. p. XXII. Alb. a *Felde* in invictis demonſtrationibus Dialogum cum Tryphone ad Juſtinum Mart. referentibus. p. 30. Juſtus *Fontaninus* in Antiquitatt. Hortæ. p. 247. 263. recuſis T. VIII. P. III. Theſauri Italiæ. Julianus *Garnierius* Præf. ad. T. I. Baſilii. Jo. Matth. *Geſnerus* Diſſ. de ætate Philopatridis Luciani. Jenæ 1714. & in Chreſtomathia Plinia-

Pliniana p. 181. 247. & in Præf. ad Geoponicos. Gabr. Wilh. *Goetten* jetzt lebendes Europa. p. 55. ff. Casp. *Gottschling* Einleitung in die Wissenschafft der Bücher edit. 2. p. 15. 16. 55. sq. Jo. *Grammius* Diss. VII. de V. T. in novo allegatione. p. 304. 310. &c. & in Notitia veterum græcæ linguæ Scriptorum, Hafniæ 1732. P. II. §. 30. 33. Augustinus *Grischau* Præf. ad Introduct. in Philologiam generalem. Abr. *Gronovius* Præf. ad varias Aeliani Historias. Nic. Hieron. *Gundling* P. I. Hist. Philosophiæ Moralis. p. 19. & T. II. Otior. p. 88. 104. 116. & Præf. ad Jo. Casæ monimenta latina. p. 11. & in der Historie der Gelahrtheit, passim. Sigebertus *Havercamp* Præf. ad Josephum Hudsoni. Benj. *Hederich* in Notitia auctorum antiqua & media. Witteb. 1714. 8. p. 112. vide & ejusd. Anleitung zu den Historischen Wissenschafften. Jo. Gottl. *Heineccius* in Diss. de Philosophis semichristianis. Halæ Sax. 1714. Tiberius *Hemsterhusius*, addendis ad suum Pollucem, & in Præf. & p. 1378. 1366. 1363. 1359. Christoph. Aug. *Heumannus* in Actis Philos. P. I. p. 165. P. IV. p. 722. P. XVIII. p. 901. Via ad hist. lit. p. 116. 351. 382. 385. Poecile T. III. L. II. p. 298. Lib. IV. p. 634. Christ. Godfr. *Hofmannus* T. II. novæ collectionis Scriptorum & monumentorum. p. 5. Petrus *Horreus* ad Æschinis Dialogos p. 32. 133. Tho. *Hutchinson* Diss. 1. ad Xenoph. p. 14. Jo. Gottlieb *Krause* Progr. inaug. Witteb. 1727. Jo. Henr. *Kromayerus* ad Musæum. p. 2. 12. &c. Ludolph.

Küsterus ad Suidam in Πρόκλος & Μαρῖνος &c. & ad Jamblichum de vita Pythagoræ cap. ult. & p. 87. 123. & Præf. ad Ariſtophanem. Adamus Henr. *Lackmannus* Præf. ad Epiſtolas ad Lucam Loſſium, editas Hamb. 1728. 8. §. 11. Frid. Ad. *Lampe* in Johannem T. 1. p. 254. &c. Joach. *Lange* Inſtitutt. Studii Theologici literariis p. 91. Car. Henr. *Langius* Præf. ad Euripidis Phœniſſas. Lubec. 1733. 8. Jo. Jac. *Lehmannus* in Obſſ. ad Hiſt. Pythagoræ p. 340. Ge. Guil. *Leibnitzius* in Epiſt. ad Wilh. Wottonum, quæ legitur in notis ad Conſpectum Theſauri linguarum ſeptentr. G. Hickeſii p. 61. ſ. & Præf. ad T. III. Brunſvicenſ. p. 21. & in epiſtolis a Chriſt. Kortholto editis. Georgius *Lizelius* Proleg. ad Hiſtoriam Pöetarum græcorum Germaniæ. §. 4. Mich. Frid. *Lochner* de Nerio & Rhododaphne. p. 75. Scipio *Maffejus*, Iſtoria diplomatica. p. 18. Galliæ Antiquitatum, epiſt. 2. p. 14. Dan. *Maichelius* de Bibliothecis Pariſ. p. 127. Mich. *Maittaire* T. II. Annal. Typogr. p. 421. Jo. Henr. *Majus* fil. L. III. Obſſ. ſ. p. 152. (165.) & ad Baſilii M. orationem de legendis Poetis p. 54. ad Luciani Longævos p. 10. 64. &c. Jo. Jac. *Manget* in Bibl. Scriptorum Medicorum, præf. Renatus *Maſſuet* epiſt. ad Bernardum Pez p. 292. ſq. T. XIII. Amœn. lit. J. Ge. Schelhornii. Gerh. de *Maſtricht* Præf. ad N. T. Amſt. 1711. 8. Jo. Burch. & Frid. Otto *Menckenii* in Bibl. Virorum militia & ſcriptis illuſtrium præf. & in libro paſſim. Frid. Otto *Menckenius* in Politiani

tiani vita p. 161. &c. *Miscellaneous observations upon Authors.* T. II. An. 1732. p. 157. Bernh. *Montfaucon* ad Chrysost. Præf. T. I. Jo. Laur. *Mosheim* ad Cudworthi Systema Intellectuale p. 19. & alibi. Jo. Henr. *Mylius* libro de Theophilo, græco Institutt. Interprete. Lipf. 1730. 4. p. 3. 28. &c. Petrus *Needham* Proleg. ad Hieroclem, & in notis p. 444. Godfr. *Olearius* Diff. de Poetriis græcis Lipf. 1708. & Proleg. ad Philostratum & p. 243. &c. Casimirus *Oudinus* T. II. de Script. Eccles. p. 421. 395. 905. & in Triade Diff. I. p. 45. 65. Georgius *Paschius* libro de variis moralia tradendi modis p. 382. 196. &c. Christoph. Matth. *Pfaffius* in Originibus Juris Eccles. p. 172. & alibi. Alexander *Politus* Proleg. ad T. I. Eustathii, Florent. 1730. fol. Jo. *Potterus* Præf. ad Clem. Alex. Jo. Jac. *Rambach* Institutt. Hermen. p. 24. Ge. *Raphelius* Præf. ad Obff. ex Arriano & Herodoto in N. T. Jac. Frid. *Reimannus* Hist. lit. T. I. p. 438. Laur. *Reinhardus* Orat. de incrementis Philologiæ græcæ. Vinar. 1727. Adr. *Relandus* P. II. Diff. Misc. p. 184. & Præf. ad Epictetum. Ge. Henr. *Ribovius* de anima brutorum p. 553. 569. 642. Mich. *Rossal* Disquis. de Epicteto Philosopho Stoico in præf. Christian. Aug. *Salig* libro de Diptychis. c. 13. p. 248. Jo. David *Schreberus* Præf. ad Hortulum græcum e Plutarcho. Anton *Schultingius* Præf. ad Græcas Glossas Juris T. II. Thes. Juris Everh. Ottonis p. 1703. & præf. ad Veterem Jurisprudentiam antejustinianeam. *** 4. b.

Jo. Henr. *Schultze* Prof. Altorf. in Hist. Medicinæ, passim, & in Progr. inaug. it. Diss. de ossibus conserventibus. Conr.Sam. *Schurtzfleisch* ad Longinum p. 12. Ge. *Serpilius* P. X. Biblischer Scribenten p. 589. Gottlieb *Stolle* Nachricht von seiner Bibliothec P. II. p. 150. ff. & 194. Burch. Gotth. *Struve* Introduct. ad Hist. lit. edit. 2. p. 376. Styanus *Thirlby* ad Justinum Mart. p. 6. 56. &c. Jo. *Toland* opp. posth. T. I. p. 285. 259. 355. Erdmannus *Uhse* præf. ad Lexicon Historicorum latinorum & græcorum. Dan. *Vinck* in Amœnitatibus Physico-Medicis p. 235. 381. &c. Jo. *Vogt.* in Hist. lit. Constantini M. p. 11. Jo. Ge. *Walchius* de Orig. & progressu Tritheismi p. 47. Ge. *Wallinus* in Diss. de vita & scriptis Andreæ Cretensis. Upsal. 1730. 4. p. 353. Anton. *Wallius* Præf. ad Josephum Hudsoni. Josephus *Wasse* Præf. ad Sallust. Jo. Mich. *Weinrich* Anleitung zum Studio anthologico græco. p. 384. sq. p. 410. 388. Petrus *Wesseling* p. 65. Probabilum & 135. & præf. ad Antonini Itinerar. Andr. *Westphal* de statu rei literariæ præsenti in Europa p. 113. William *Whiston* Vindication of. Sibyllin Oracles. pag. 35. 78. Jo. Christoph. *Wolfius* Bibl. Hebr. T. 1. pag. 336. 895. &c. & in Primitiis Flensb. p. 11. & alibi. Jo. Christian. *Wolfius* Præf. ad Fragmenta Sapph. Hamb. 1734. 4.

§. 9.

CENTVRIA FABRICIORVM scriptis clarorum, qui jam diem suum obierunt. Hamburgi

gi ſumtu Chriſtiani Liebezeit 1700. 8. plagg. 6. Dedicata Ge. Henr. Goezio, Superintendenti Lubecenſi.

Fabriciorum Centuria ſecunda, cum prioris ſupplemento. Hamburgi, ſumtu viduæ Felgineriæ. 1727. 8. plagg. 8. Dedicata eidem Goezio.

Centuria tertia & quarta his adjungenda erat, in quibus Fabri, Fabretti, Fabrotti, le Fevre, Schmidii, Vulcanii recenſeri debebant; addito elencho ſcriptorum Auctoris. Sed primas tantum lineas ab ipſo ductas reperio, quibus vix quicquam præter nomina Virorum, continentur.

Argumentum, propter Homonymorum multitudinem, intricatum, & quo facilior in hoc genere hiſtoriæ literariæ lapſus eſt, quominus item has ſyrtes ingredi placuit Cl. Mollero, tanto magis utile & neceſſarium.

Ephemerides Erud.

Ausführlicher Bericht v. N. B. 1708. p. 610. ſſ.
Journal des Savans 1709. Suppl. Jan. pag. 175. 1710. Jul. p. 35.

§. 10.

MEMORIAE HAMBVRGENSES, ſive Hamburgi & Virorum de Eccleſia, Requepublica & Scholaſtica Hamburgenſi bene meritorum Elogia & vitæ. Vol. I. Hamburgi ſumtu Chriſtiani Liebezeit. 1710. 8. Alph. I. plagg. 15. Dedicatum Joanni Anderſon, tum Syndico nunc Conſuli primo Reip. Hamb.

Vol. II. Memoriarum Hamburgensium, cui accedit Index Prosopographicus locupletissimus. Hamb. ap. eund. 1710. 8. Alph. I. plagg. 17. Dedicatum Justo Corthum, Ecclesiastæ ad D. Nicolai.

Vol. III. Memoriarum Hamb. cui præmittuntur Petri Lambecii Orationes & Programmata. Hamb. apud. eund. 1711. 8. Alph. I. plagg. 17. Dedicatum Jo. Friderico Wincklero, tum LL. OO. Professori, nunc Pastori ad D. Nicolai & S. R. Ministerii Seniori.

Vol. IV. Mem. Hamb. seu *Jubilæum primum Gymnasii Hamb. cui accedit Mantissa Memoriarum Hamburgensium.* Hamb. ap. eund. 1715. 8. Alph. I. plagg. 5. inscriptum Nobilissimo Senatui inclytoque populo Hamburgensi.

Vol. V. Memoriarum Hamb. cui præmittuntur Acta Jubilæi Reformationis Ecclesiæ. Anno MDCXVII. & MDCCXVII. celebrati. Hamburgi, sumtu Theod. Christophori Felginer. 1723. 8. Alph. I. plagg. 8. Inscriptum Ecclesiæ Evangelicæ Hamburgensi, singulisque ejusdem Patronis, Doctoribus & Parœcis.

Vol. VI. Memoriarum Hamb. cui præmittitur Memoria sæcularis instauratorum divino beneficio ante ducentos annos in hac urbe Sacrorum Evangelicorum; nec non spectatissimi Tribunorum Collegii ante II. Sæculorum spatium constituti. Hamb. sumtu Viduæ Felgineræ 1730. 8. Alph. 1. plagg. 10. Dedicatum Lucæ Corthum Senatori Reip. Hamb.

Vol.

Vol. VII. Mem. Hamb. ſeu *Pietas Hamburgenſis in Celebratione ſolenni Jubilæi biſſecularis Auguſtanæ Confeſſionis publice teſtata. Accedit Mantiſſa nova Memoriarum Hamburgenſium.* Hamb. apud eandem 1730. 8. plagg. 22. Inſcriptum Magnifico Senatui, Venerandis Eccleſiæ Doctoribus, inclytoque Populo Hamburgenſi.

Ephemerides erud.

Vol. I. II. *Acta Eruditorum* 1710. p. 448.
Unſchuldige Nachrichten 1710. p. 376.
Neue Bibliothec P. III. n. 4.
Memoires de Trevoux 1711. p. 354.
Vol. III. *Acta Eruditorum* T. V. Suppl. p. 230.
Gelehrte Fama P. VI. p. 408.
Vol. IV. *Hälliſche neue Bibliothec* P. XL. §. 10.
Vol. VII. *Unſchuldige Nachrichten* 1730. p. 816.
Supplem. zu der auserleſnen Theol. Bibl. P. XII. p. 1046.
Niederſächſiſche Neue Zeit. 1730. p. 607.

§. 11.

CODEX PSEVDEPIGRAPHVS VETERIS TESTAMENTI, collectus, caſtigatus, teſtimoniisque Cenſuris & animadverſionibus illuſtratus. Hamb. ſumtu Chriſtiani Liebezeit 1713. 8. Alphab. III. plagg. 8. Dedicatus Paulo Chriſtiano Hilliſchero, Paſtori Palæo-Dresdenſis Eccleſiæ.

Recuſus An. 1722. ibid. ſumtu Theod. Chriſtoph Felginer. Editioni huic ſecundæ adjectum

ctum est separatim excusum *Codicis Pseudepigraphi V. T. Volumen alterum. Accedit Josephi Veteris Christiani Hypomnesticon nunc primum in lucem editum cum versione ac notis.* Hamb. sumtu Theod. Christoph. Felgineri. 1723. 8. Nota: in Titulo separato Hypomnestici, errore typographi expressum esse An. 1733. pro 1723. Constat Codex plagg. 22. Hypomnesticon Alph. 1. plagg. 4. Codicis Pseudep. Vol. II. Dedicatum Georgio Wallino. SS. Theol. Doctori. Josephi Hypomnesticon dedicatum Christiano Friderico Boernero Th. D. & Professori Lipsiensi & Jo. Adolpho Hofmanno.

Argumentum & utilitas convenit cum Apocryphis N. T. Observo tantum, dari hic ex MS. varia. Vol. I. p. 36. Apocrypha præmissa libro Geneseos, ex Codice Bibliorum germanice scripto An. 1458. qui fuit in Bibliotheca B. Jo. Frid. Mayeri; p. 559. Henrici Dodwelli observationes de Tabulis cœli, ex ejus epistola; p. 901. locum Hypomnestici, communicatum a S. R. Jo. Christoph. Wolfio ex codice Cantabrigiensi. Vol. II. p. 42. Vitam Asseneth græce ex codice Barocciano communicatam a Viro Cl. Jo. Christiano Wolfio. Epistola Baruchi, diversa a libro Baruchi Apocrypho & a Jeremiæ epistola, petita est ex Polyglottis Bibliis Parisiensibus & Londinensibus. Esdræ Liber IV. cum differentiis & supplementis ex versione Arabica MS. Bodlejana, lati-

latine hic exhibetur, ex anglico Simonis Ockley apud Guil. Whiſtonum in Primitiv Chriſtianty revived, ſub fin. Vol. IV. Hiſtoriam Joſephi Fabri Lignarii arabice paulo ante ediderat ex Codice MS. Pariſienſi, cum ſua interpretatione latina Lipſ. 1722. 4. Georgius Wallinus, primum Lector Gymnaſii Hernöſandenſis, dein poſt varia itinera Th. D. & Bibliothecarius Upſalienſis. Hypomneſticon denique, id eſt librum ſacrum memorialem rerum geſtarum V. T. Joſephi recentioris ſcriptoris non ante Sæc. X. clari, integrum cum Fabricio communicavit, deſcriptum ex Codice Tho Galei, Jo. Adolph. Hofmannus, cujus habemus librum von der Zufriedenheit, Staats-Kunſt, Marci Antonini & Ciceronis offic. interpretationem germ. & Comment. poſthumum in Jobum. Miſit quoque S. R. Boernerus, ſponte, ſuum ex eodem codice apographon, quod non paucis locis emendatius & integrius edendis occaſionem dedit. Cæterum & in his Pſeudepigraphis quædam adnotavit Fabricius manu ſua quæ adjici editis poſſent.

Ephemerides erud.

Acta Eruditorum 1713. p. 249. 1723. p. 463.
Deutſche Acta Erud. P. XIV. p. 181. LXXXIX. p. 331. 338.
Unſchuldige Nachrichten 1713. p. 583.
Neuer Bücher-Saal P. XXVII. p. 180. ad edit. pr.

Neue Bibliothec Part. XXVIII. pag. 713. ad edit. pr.

Memoirs of Literature Tom. III. pag. 193. ad edit. pr.

Memoires de Trevoux 1715. p. 718. 1710. pag. 1822. ſſ. non ſine variis erroribus.

Republyk der Geleerden 1723. Sept. Oct. n. 1.

Maendelyke Uittrekſels 1724. Jan. n. 2.

Bibliotheque Germanique Tom. VIII. p. 160. ad edit. 2.

§. 12.

MENOLOGIVM, ſive libellus de menſibus, centum circiter populorum menſes recenſens, atque inter ſe conferens, cum triplici Indice, Gentium, Menſium & Scriptorum, Hamburgi, ſumtu Chriſtiani Liebezeit An. 1712. 8. plagg. 14. Dedicatum Godfrido Guilelmo Leibnitio, Sereniſſ. Elect. Brunſuico-Luneburgici Conſiliario intimo.

Argumentum. Complectitur liber, præter indicata in titulo, varia ad ſolis, lunæ, duodecim ſignorum Zodiaci, dierum, annorumque rationm pertinentia; & variæ utilitatis eſt, partim in ſcriptoribus omnis ævi rectius intelligendis, partim in tot linguarum natura cognoſcenda & conferenda, partim etiam in temporum ratione ex cujusque populi conſuetudine metienda. Niſi ſumtibus emtorum parcendum ratus eſſet Auctor

ctor, nomina mensium charactere cujusque gentis, ac præterea nummos ac monumenta vetera, quæ ad signa cœlestia & menses faciunt, æri jussisset incidi. Nunc lectores ad alia Scriptorum loca, in quibus ista reperiuntur, ablegavit. Adsunt vero ad hunc libellum tot supplementa Fabricii manu adscripta, quibus altero tanto auctior dari posset.

Ephemerides Eruditorum.

Acta Eruditorum 1712. p. 517.
Republyk der Geleerden 1712. p. 488.
Gelehrte Fama P. XIX. p. 541.
Memoires de Trevoux 1714. Aug. p. 1406.

§. 13.

BIBLIOGRAPHIA ANTIQVARIA, sive Introductio in Notitiam Scriptorum, qui Antiquitates Hebraicas, Græcas, Romanas & Christianas scriptis illustrarunt. Accedit Mauricii Senonensis de S. Missæ ritibus Carmen, nunc primum editum. Impensis Christiani Liebezeit. 1713. 4. Alph. III. plagg. 19. Dedicata Joanni Georgio de Holsten, Pot. Daniæ Regi a Consiliis intimis & Ordinis Danebrogæ Equiti.

Recusa, auctior, & indice duplici rerum scriptorumque locupletata, (sed omisso Mauricii carmine) ib. ap. eund. 1716. 4. Alph. IV. plagg. 1.

Argumentum & utilitatem libri omnium cum plausu excepti, non attinet exponere. Uni-

Unicus hic eſt Liber Fabricii, qui ex privatis ejus Prælectionibus in lucem publicam prodiit. Carmen quidem de Miſſa ſub Mauricii Senonenſis nomine ut ederet, & pro inedito adhuc exhiberet Auctor, inductus eſt, partim Codice MS. membranaceo, partim quod illud carmen proſtare non meminerat. Sed errorem ſuum animadvertit indicavitque ipſe anno poſt, ſub fin. Præfationis ad Vol. VI. Bibliothecæ græcæ, nominatis libris, in quibus vel ſub incerti Auctoris, vel ſub Hildeberti nomine legitur. Primus autem vulgavit Antonius Genardus, Canonicus Leodicenſis cum ritu celebrandi ſſ. Miſſæ officii juxta morem Diœceſis Leodicenſis. v. Sanderum p. 182. ſq. de claris Antoniis, & Bibliothecam Eccleſiaſt. Fabricii, in Miræo p. 230. Non ineditum antea fuiſſe notatum quoque eſt ab Auctore des Amenitez de la Critique P. II. Journal des Savans 1719. p. 178. Memoires de Trevoux 1719. pag. 408. Hiſt. Critique de la Rep. des Lettres T. VI. p. 197. ſſ. Cœterum ad ipſam Bibliographiam ex eo tempore tot Scriptores congeſſit Fabricius, ut ſi nova editio poſtularetur, quæ duplo auctior dari poſſet, propter multitudinem Auctorum unius argumenti prope neceſſe eſſet, eosdem ordine Alphabetico diſponere, & nomina eorum quo facilius inveniantur diverſo Charactere exprimere. Addere quoque conſtituerat Auctor Appendices jam prope ad prælum paratos. 1. De Academiis Orbis Chriſtiani.

2. De

2. De Societatibus literariis per Italiam, Angliam, Galliam, Germaniam, Sueciam, Daniam, Hiſpaniam. 3. De Ordinibus equeſtribus Cruciatis, Religioſis & Sæcularibus, Torquatorum Equitum, & Auratorum, atque Militarium.

Ephemerides & judicia erud.

Acta Eruditorum 1713. p. 254.
Deutſche Acta Erud. P. XIV. p. 123.
Neue Bibliothec P. XXVI. p. 542.
Bücher-Saal P. XXV. p. 30.
Unſchuldige Nachrichten 1713. p. 243.
Republyk der Geleerden 1713.
Journal literaire T. I. p. 160.
Memoires de Trevoux 1713. Dec. p. 2183. & 1716. p. 714.
Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. V. p. 368. & T. VI. p. 197.
Bibliotheque Angloiſe T. IV. p. 373.
Memoirs of Literature 1713. T. III. p. 210.

Laudarunt librum Gottlieb *Stolle* in der Hiſtorie der Gelahrtheit. Frid. Ad. *Lampe* in Bibliotheca Bremenſi T. I. p. 563. Sigebertus *Havercamp* ad Tertulliani Apologeticum. p. 112. 166. 222. 332. Jo. Chriſtoph. *Dornius*, Bibl. Theol. p. 317. 337. 312. 126. Ericus *Benzelius* in notitia literaria Sect. 1. Part. 3. p. 58. Jo. Jac. *Rambach* Inſtitutt. Hermen. ſacr. p. 568. David *Wilkins* præf. ad T. III. opp. Seldeni. Michael Angelo *Zorzi*, vita del Signor Conte Camillo Silveſtri pag. 139. qui appellat *ma-*

maravigliosissima opera. Contra horum aliorumque plurimorum judicia, iniquius sibi de hac Bibliographia judicandum esse duxit Petrus *Zornius* in Bibliotheca Antiquaria & exegetica in universam scripturam sacram.

§. 14.

MATHEMATISCHE REMONSTRATION das (Tit.) Herr Leonhard Christoph Sturm in Seinem diese Tage herausgegebenen sogenannten Mathematischen Beweis von dem Heil. Abendmahl seine neue Erklärung der Einsetzung nicht bündig demonstrirt habe, sondern die von ihm herfürgebrachte Ubersetzung des Wörtleins τοῦτο für τοιοῦτο ohne Zweifel irrig und falsch sey. Hamburg und Leipzig 1714. 8. plagg. 4.

Antwort auf (Tit.) Hern Leonhard Christoph Sturms fernere Ausführung. Hamburg 1714. 8. plagg. 2.

Argumentum Ediderat Sturmius *Mathematischen Beweis von dem Heil. Abendmahl,* dass 1. die Worte der Einsetzung nie recht aus dem Griechischen übersetzt worden; 2. an der Art, wie es von den Lutheranern gehalten wird, viele Puncte nicht so indifferent, als man bishero vorgegeben, sondern höchst schädlich und gefährlich seyn. Francof. & Lips. 1714. 8. Fundamentum novæ interpretationis ipsi est Regula, qua affirmat, pronomen demonstrativum τοῦτο, inter duo nomina ad se invicem relata sic interpositum, ut gene-

genere diſcrepet a priore nomine, ſemper idem ſignificare ac τοιοῦτο; unde ſenſus evadat hic: tale eſt corpus meum, nempe optimus cibus animo, qualis cibus optimus eſt panis corpori. Hanc novam & per ſeptendecim ſæcula inauditam interpretationem in re tam gravi, Fabricius celeriter profligandam ratus eſt, cum ubivis exſtarent exempla in contrarium, quæ ex profanis æque ac ſacris ſcriptoribus liberaliter ſuppeditat. Igitur iisdem nundinis Lipſienſibus, quibus Sturmii ſcriptum oculos in ſe convertebat, jam ad latus ejus vendebatur Fabricii refutatio, id quod ægerrime tuliſſe dicitur Sturmius. Quare cum ſubitaneam opellam repoſuiſſet ſub tit. *Fernere Ausführung* &c. Fabricius eum non ſolum aliis exemplorum plauſtris retudit, ſed & exceptiunculas ejus diluit, ſic tamen ut ſub initium ſtatim moneret, in re tam aperta nolle ſe amplius cum eo contendere. Plures autem fuerunt, qui contra Sturmium poſtea ſtringerent calamum, quibus nominandis ſuperſedere poſſum, cum alibi dudum commemorati ſint. Neque mihi conſtat, an aliquos in ſententiam ſuam Sturmius adduxerit; eoque minus capere poſſum, qui homo Mathematicus, nullo ne quidem levi indicio nixus, opinari potuerit, motum eſſe Fabricium argumentis ſuis, ac epiſtola ſingulari eum hortari ut publice verum confiteatur. Fabricius certe ei epiſtolæ hæc ſubſcripſit: *Inepte ſibi perſuadet Sturmius, ſe mihi*

ſententiam ſuam perſuaſiſſe, quam nemini græca callenti perſuaſit, nec perſuadebit unquam. Jo. Albert Fabricius.

Ephemerides & judicia Erud.

Unſchuldige Nachrichten 1714. p. 164. 474.
Neue Biblioth. P. XXXVII. p. 602 XLVII. 579. 602.
Gelehrte Fama P. XXXV. p. 753.
Bücher-Saal P. XXXIX. p. 222.
Unpartheyiſche Gedanken über die Journal-Extracte P. VII. p. 603. 610.
Obſervationes Miſcellaneæ P. XXII. p. 857.
Beſchäftigter Secretarius T. II. p. 908.

Cœterum conferri poterunt *Buddei* Inſtitt. Theol. p. 1508. & Miſcell. Theol. P. II. p. 69. Jo. *Senſtius* in Τοιουτίσμῳ verbis Inſtitt. S. Cœnæ inſidioſo. p. 84. Franc. Alb. *Æpinus* de privata confeſſione p. 73. ſq. D. Ge. Henr. *Gœtzius* de credulitate Theologo fugienda. pag. 29. ceteri.

§. 15.

S. HIPPOLYTI Epiſcopi & Mart. OPERA, non antea collecta, & partem nunc primum e MSS. in lucem edita, græce & latine. Accedunt Virorum doctorum Notæ & Animadverſiones, ac præter aliorum commentarios in Monumentum Paſchale S. Martyris, tabula triplici ænea expreſſum, Diſſertationes integræ VV. CC. Franc. Blanchini & Jo. Vignolii, *atque ex* Virginii Valſechii & Phil. a Turre *ſcriptis excerpta S. Hippolytum ſpectantia. Subjuncta Appendix*

Scri-

Scriptorum dubiorum ſuppoſititiorumque, nec non quæcunque reperiri potuere ex lucubrationibus Hippolyti junioris Thebani. Hamb. ſumtu Chriſtiani Liebezeit. 1716. fol. Alph. III. pl. 20. Dedicata Henrico Pippingio, a Conſiliis Eccleſiaſticis & concionibus ſacris primariis in Aula Dreſdenſi.

S. Hippolyti Ep. & Mart. Opp. Vol. II. inedita hactenus nonnulla illius complexum: græce alia cum latina interpretatione; alia arabice literis deſcripta ſyriacis ex Catena in Pentateuchum MS. Bib. Bodlej. cum Verſione V. C. Joan. Gagnierii. Accedit Spicilegium Patrum *quorundam aliorum III. a C. N. Sæculi, atque in hoc* Leonis Allatii *Diatriba de Methodiis ac Methodiorum ſcriptis*, & Claudii Salmaſii *Commentarius inchoatus in Arnobium nunc primum editus, denique appendicis loco* Chalcidius *in Timæum Platonis Philoſophi emendatus & notis illuſtratus.* Hamb. ap. Chriſt. Liebezeit & Theod. Chriſtoph. Felginer. 1718. fol. Alph. IV. pl. 18. Volumen ipſum dedicatum Jo. Chriſtophoro Wolfio Paſtori ad D. Catharinæ, Chalcidius Maturino Veyſſiere la Croze, Bibliothecario ſupremo Regis Boruſſiæ, Duumviris recondita eruditione celeberrimis.

Argumentum. Cum tot Patrum ſcripta collecta exſtarent, Hippolyti autem lacera membra nemo collegiſſet, indignum viſum eſt Fabricio, quod tot aliis inferiorum & temporum & meritorum ſcriptoribus impenſum

est operæ, idem non datum esse Doctori tantæ vetustatis & auctoritatis, S. Irenaei discipulo, doctrina & pietate ipsoque martyrio commendabili. Cœpit igitur Fabricius de editione Operum Hippolyti cogitare, præsertim cum Viri præclarissimi *Jo. Millii* hac in re propositum mors intervertisset. Cum jam primi Voluminis operæ longius processissent, nuncius affertur, Virum Doctiss. *Jo. Guil. Janum* schedas Millianas accepisse, & idem institutum meditari. Quid faceret? res cum integra amplius non esset, omni interim studio Volumen I. ad finem perducit; scribit deinde ad Virum, Cl. Janum, rogat, quoniam consultum non sit, ut propter unam alteramve non satis magnam accessionem, duplici editione unius Auctoris oneretur intra breve tempus Respublica litteraria, ut proposito desistat, & quæ habeat sibi ne invideat, se enim idem ipsi officium præstiturum fuisse, si citius de ejus proposito inaudivisset; neque forte sibi deesse alia, quibus hanc sibi præstitam benevolentiam queat compensare. Non ingratum fore arbitror Lectori, si responsionem Jani, una cum altera Fabricii responsoria epistola subjecero, quoniam utraque aliquid lectu dignum & ad historiam libri faciens continet.

Ma-

Maxime Reverendo & Excellentissimo Viro,

D. JO. ALBERTO FABRICIO

S. P. D.

Jo. Guil. Janus.

Pergratæ mihi fuerunt literæ Tuæ, V. C. quibus de altero Volumine Operum Hippolyti propediem edendo scribis, &, quid mihi de iis in promptu sit, requiris. Dissimulare equidem non possum, me, occasione ineditorum quorundam in bibliotheca Bodleiana repertorum, de illorum editione cogitare cœpisse, in eoque instituto confirmatum esse, postquam D. Millii collectanea a Cl. M. Hallio obtinui. Ex hoc igitur tempore diligentius, quæ in Anglicis & Gallicis Codd. MSS. eo pertinere videbantur, conquisivi, nonnulla etiam apographa ex remotioribus locis, aliorum favore accepi. Itaque præter scripta Hippolyti a Te jam edita, & in literis ad me datis recensita, suppetunt: I. versiones latinæ D. Millii partim novæ, partim emendatæ. II. Græcorum jam editorum supplementa quædam & emendationes. E. g. fragmentum de causa universi, quod Dav. Hæschelius ex unico Cod. MS. eoque non optimo, in lucem dedit, cum tribus aliis & melioribus contuli, ex quibus integra fere pagina suppleri, & nonnulla loca, quæ in hucdum editis exemplis vel nullum, vel alienum sensum habent, restitui possunt. Constitutiones Apostolicæ διὰ Ἱππολύτε, *multis velut monimentum*

ævi Apostolici adhuc reconditum, tantopere desideratæ, quales p. 248. Opp. Hippol. exhibuisti, ad verbum ex Millianis Collectaneis descriptæ sunt, ut adeo versio pariter ac notæ non J. E. Grabio, sed Millio debeantur, qui fortasse Grabio illarum copiam fecit. Nam ne menda quidem, ex scribendi festinatione orta, mutata sunt, ut, cum legitur: addit. Constit. *pro.* addunt, *&c. Fieri autem vix potuit, quin nonnulla in apographi apographon irreperent ex ipsis Collectaneis Millianis, quæ Oxonii cum autographo Barocciano contuli, emendanda. Similiter in Homilia εἰς θεοφάνεια, quam ex Rog. Galei apographo editam esse, animadverti, aliquot verba, imo versus omissi sunt, ex autographo restituendi. Argumentum in Psalmos ab eodem suppeditatum, ex duobus Codd. MSS. integrius descriptum possideo, ut & Comment. in Prov. X, 1. in Codice Taurinensi, cujus apographon Cl. Pfaffius mecum quoque, cum Parisiis una essemus, communicavit, additionibus quibusdam manifesto recentioribus interpolatum. III. Græca quædam adhuc inedita, ut Comm. in Pentat. & præcipue in Genesin, ex tribus diversis MSS. collecti, it. in Proverb. c. I. sqq. in Ecclesiast. &c. Fragmentum Epistolæ ad reginam quandam, Canones Ecclesiastici. Oratio de die dominica integra, ex duobus Codd. MSS. mutilis collecta, quam quidem initio Hippol. esse, suspicabar, sed postea Eusebii, vulgo Alexandrini dicti, esse, deprehendi, digna tamen, quæ loco similis orationis Hippolyteæ deperditæ, in lucem proferatur, ut*

alia

alia a Te ipso memorata taceam, ex quibus disputationem contra Noëtum Cl. Montfaucon rogatu meô ex bibl. Vaticana describendam curavit. Hæc talia, si literas Tuas ante editionem Opp. Hippolyti accepissem, libenter tradidissem. Nunc vero, ubi pleraque jam edita sunt, Tibi ipsi, credo, inconsultum videbitur, vel eadem, quæ in Vol. priori jam extant, posteriori, propter nonnullas accessiones vel emendationes, denuo integra inserere, vel has, quasi lacinias ab integra veste decerptas, separatim edere. Versionibus præcipue Millii, non video, quomodo locus in altero illo volumine dari possit. Quare, ut hujus honori inserviam (ea enim conditione Milliana accepi) conjunctim quæ mihi ad manus sunt, prelo subjicere cogor: quod Te, V. Cl. pro humanitate Tua, non in malam partem accepturum esse, confido. Si quæ alioquin officia Tibi præstare potero, ea promtissima & paratissima defero. Vale ex voto! Dab. Vitembergæ, d. 27. Maj. Anno clↃ lↃ cc xvlI.

Excellentissimo Viro

JO. GVIL. JANO.

S. P. D.

Jo. Alb. Fabricius.

Gratias tibi ago conceptissimas habeoque pro Tua in me benevolentia proque labore quem sumsisti, ut mihi de Hippolyteis tuis, de quibus te rogaveram, significares. Neque intercedo

quo minus illa in lucem edas, neque si velim possim intercedere, at nec velim quidem si possim, cum omne meum studium pro tenui mea facultate eo dirigatur, ut litterarum latifundia locupletentur, non ut solus fruar honore nescio quo, vel honorem aliis præripiam, vel solus videar omnia vidisse. Agnosco etiam fatum Patrum tertii sæculi, ut illis in lucem edendis per longum tempus nemo, deinde plures certatim insudent. Sic Methodii Convivium Virginum per multa sæcula delituit in tenebris, at cum Allatius suam proferret editionem, en illico Possinus cum sua, nec diu post Combefisius, cui neutra priorum satisfecit. Ut Allatii famæ per hoc nec Possinus nocuit nec Combefisius, ita stolidus sim si existimem mihi posse obesse novam Hippolyti editionem, iniquus sim etiam si non gaudeam de nova editione, si quis eam longe meliorem mea in dias luminis auras protulerit.

Lectores tamen si respicias, usumque, ad quem est utique respiciendum, nemo diffitebitur permolestum accidere lectoribus, ne dicam sumtibus etiam studentium grave, quorum multi non sunt adeo pecuniosi, per plures editiones dispersa esse investiganda, quæ utique uno volumine exhiberi erat longe satius. Maximeque hoc dici potest de scriptis ejuscemodi, quæ non frequentissime ab omnibus leguntur, & quorum una editio per longius tempus potest sufficere; ubi bibliopolæ etiam rationem haberi suadet æquitas, ne haud necessaria repetitione editi libri sub idem tempus facta, pecuniæ ab ipso impensæ ad irritum

redi-

redigantur. Maxime vero novum editorem secum habitare par est & æquissimum, videreque ut non minus consulat honori suo quam utilitati publicæ, nec præter necessitatem gravet pluteos, sumtus augeat, de bibliopola & lectoribus male mereatur, & pro plausu & gratiis odium & maledicta referat, dicaturque cornicum oculos effodere gestientem, æqui & decori, publicique adeo boni parum memorem extitisse.

Quantum ex literis Tuis intelligo, sunt Tibi versiones Millianæ scriptorum S. Hippolyti, quæ si ita sunt comparatæ, ut pluribus locis sensum rectius exprimant, merito luce donantur. Si vero loca illa pauciora sint, ut est credibile in Scriptore non usque adeo difficili & abstruso, æquum putem in aliam occasionem editionem & in aliud tempus differri, postque distractam meam edi in lucem, nisi pauca illa loca mecum communicare in gratiam Lectorum malueris. Cætera quæ habes nova, uni quidem vel duabus paginis includi possunt omnia, propter quæ novam moliri editionem scriptoris ejusmodi, ego certe nolim. Sed quicquid feceris, Te cum ratione facturum haud dubito, qui scio propositum Tibi campum pulcherrimum in aliis innumeris, in quibus doctrinam præclaram atque ingenium exercere & bene mereri de publico, atque immortalem Tibi gloriam comparare possis. Fortasse possim & ego, si velles pauca illa mecum communicare, simili aliquo officio hoc Tuum beneficium referire, quo tamen lectoribus potius quam mihi rem gratam Te facturum facile perspicies, si rem probe ex-

pendere volueris. In verbis: addit Conſt. *non puto eſſe hallucinationem, ſed qui nolebam eſſe in alieno opere ingenioſus, neque emendare quod recte ſe haberet, perſuadebam mihi præſtantiſſimum Grabium probe noviſſe, quod, ſi* Conſtitutiones *ſubaudiviſſet, ſcribendum eſſet* addunt, *itaque hoc ita ſupplendum intellexi:* addit Conſtitutio, *vel* addit Conſtitutionum auctor, *vel* addit Conſtitutionum Codex. *Verſionem illam* διδαχῆς *præclaro Millio deberi, lubenter didici ex literis Tuis, daboque operam ut fide Tua Auctori ſuo reſtituatur. Utinam animus Tibi eſſet tua quæ habes Hippolytea Epiſtolæ vel ſchediaſmati includere, quæ ſub Tuo nomine cum Lectoribus a me communicarentur. Sed quicquid de his ſtatueris ſaltim ut benevolentiam mibi ſerves Tuam, & qui has Tibi offert commendatum Tibi ut habas, etiam atque etiam a Te peto. Vale Vir Excellentiſſime. Scripſi Hamburgi. V. Id. Jun. Anni Chriſtiani* clɔ lɔ cc xvII.

Apparet hinc, Fabricium nihil hic temere aut præcipitanter egiſſe, & ſicut Jani conſilium ſcire ante non poterat, ita per ipſum virum doctum ſtetiſſe, quominus poſtea partem honoris ex Operum Hippolyti editione ſibi vindicaret, orbemque eruditum hac inter viros candidos, certe Fabricio noſtro non inuſitata liberalitate, ſibi obſtringeret. Simul quoque apertum eſt, quam vere ſcripſerit Fabricius in præf. ad Vol. II. Hippolyti: *Non modo ipſe iteratis literis, ſed etiam per amicos petu*

tii a Clariss. Viro, in cujus manibus Millianæ schedæ sunt, ut illas mecum communicaret, sed non potui hoc ab eo impetrare; quod testor, non ut illi hoc vitio vertam, qui sui consilii rationes eum habere non dubito, neque invideo ipsi laudem gloriamque, quam illis sive premendis sive edendis est consecuturus. Sed tantum hoc profiteor, ut desinant mihi imputare in culpam, qui properationis præcipitatæ Hippolytum meum arguerunt ideo, quod non tam diu exspectavi scilicet, donec Milliana mecum ab eo communicarentur. Hoc tamen propemodum jam satis mihi constat, neutiquam tanta esse quæ ex S. Hippolyti scriptis ille mihi præterita possidet, quæ vel unicum folium totum impleant. Itaque rogo, ut proferat in lucem si habet plura, atque publico bono me coarguat.

Scilicet contendenti promissa a Jano, cum editis Fabricii, obvium erit, nihil illorum in his desiderari, præter pauca quædam fragmenta in Proverbia & Ecclesiasten, atque orationem Eusebii Alexandrini huc proprie non spectantem. Nam Milliana interpretatione latina in posterum facile caremus. Emendationes autem quanti futuræ essent, non dixerim. Vir quidem Clarissimus Gothofredus Ludovicus Menckenius JCtus Wittebergensis, ad quem collecta a B. Jano Hippolytea redierunt, eadem per literas d. 31. Octob. 1728. datas, Fabricio obtulit, venalia, ut equidem interpretor. Sed cum nullum in exemplo Hippolyti Fabriciano vestigium exstet supple-

plementorum ejusmodi aut caſtigationum ex Wittebergenſibus ſchedis, cauſam fuiſſe crediderim Viro Beato, cur illas propoſita conditione ſibi redimendas non arbitraretur, quæ ad uſum relatæ aliter adhiberi non poſſent, quam ut variæ lectiones & emendationes cum fragmentis ineditis inde excerpantur, quæ ipſa non ultra unum aut alterum folium implerent.

Ea quæ præſtitit Fabricius in ſua editione hæc fere ſunt: Primus ex MSS. Codicibus in lucem protraxit, ac, præter Arabica & quæ jam latine exſtabant, latine convertit 1) Homiliam *in Theophania*, deſcriptam a S. R. Jo. Chriſtoph. Wolfio ex Codice Celeb. Th. Galei, concedente illuſtri filio Rogero Galeo. T. I. p. 261. 2) Argumentum enarrationi *in Pſalmos* præmiſſum, ex eod. codice. T. I. pag. 267. 3) Hippolyto tributum *de LXX. Apoſtolis* ſeu Chriſti Diſcipulis, ex Cod. Barocciano, ab eodem laudato Wolfio deſcriptum. T. I. Append. p. 41. 4) *Gudii notas* ad demonſtrationem de Chriſto & Antichriſto. T. I. p. 4. 5) Demonſtrationem *adverſus Judæos*, ex Cod. Vat. (adjuncta Fr. Turriani verſione) T. II. p. 2. & 6) *adverſus Noetum* ex eod. Cod. Vat. (cum ej. Turriani interpretatione) ib. pag. 5. 7) Fragmentum *de Ezechia* ex Cod. Bibl. Coiſlinianæ ſeu Seguerianæ. T. II. p. 31. quæ tria monumenta, numeris 5. 6. 7. comprehenſa, debentur curæ & benignitati Viri non magis ætate quam meritis & virtute venerabilis

Bern-

Bernhardi de Montfaucon. 8) Fragmentum gr. Commentarii *in Genesin* ex Catena MS. Vindobonensi, quod a Generosissimo & eruditissimo Bibliothecæ Præfecto Jo. Bened. Gentiloti ab Engelsbrun per Excellentissimum Jo. Christoph. Bartensteinium impetratum est. T. II. p. 22. 9) Excerpta ex Catena Arabica *in Genesin*, literis Syriacis exarata, inter Huntingtonianos & Bodlejanos Codices, quæ sua manu descripsit & versionem latinam adjecit Vir incomparabilis doctrinæ & humanitatis Jo. Gagnierius, qui idem jam ante Doctiss. Jano hoc ipsum officium præstiterat, postea in Fabricii gratiam eundem laborem denuo devorare non recusavit. T. II. p. 33. 10) Fragmentum *de Benedictionibus Abrahæ* ex Bibl. Bodlejana descriptum a S. R. Jo. Christoph. Wolfio. 11) *Salmasii Comm.* inchoatum in Arnobium, ex Apographo Gudiano T. II. pag. 122. Emendatiora ex Codicibus MSS. dedit Fabricius sequentia: 12) *Apostolicas constitutiones* per Hippolytum, ad Cod. Vindobonensem & Oxoniensem recensitas & latine conversas a Cl. Johanne Millio, quæ ab. Ill. Episcopo Ge. Smarlidgio & Eruditiss. Ge. Hickesio impetratæ sunt per S. R. Balthasarem Mentzerum & Cl. Jo. Christianum Wolfium. T. I. p. 245. Qua occasione mihi non prætermittendum est, Constitutiones Apostolorum per Hippolytum exstare MSS. syriace in Bibl. Vaticana. vid. Assemanum T. II. Bibl. or. pag. 498. 13) Lib. Hippolyto suppositum *de consum-*

summatione mundi, cum Codice Barocciano collatum a S. R. Jo. Christoph. Wolfio T. I. Append. p. 4. 14) *Hyppolyti Thebani Chronicon* ad Cod. MS. Ottobonianum collatum a laudato Bernh. de Montfaucon. T. I. Append. p. 43. 15) *Chalcidium in Timæum* emendatum ad Cod. Bodlejanum, cujus lectiones communicavit Doctiss. Jo. Hudsonus, adjecta sunt Rigaltii ad Meursianam editionem notata, quæ ab humanitate viri elegantissimæ amplissimæque doctrinæ la Crozii profecta sunt. Cetera utriusque Hippolyti & Patrum III. sæculi ex editis maxima diligentia undique conquisita sunt, & notis perpetuis illustrata, insertis quæ ad rem pertinent Virorum doctorum dissertationibus, & præmissis Veterum ac recentiorum de Auctoribus & libris eorum testimoniis.

Observandum adhuc, quæ T. I. p. 220. habentur ex Hippolyti sermone adversus Platonem *de causa universi*, posse emendari ex Jo. Damasceni sacris Parallelis, T. II. Operum per Mich. le Quien editorum p. 789. ubi sub Josephi nomine exstant, ab init. usque ad verba ἀναβιώσας ἀθάνατον ποιεῖν quæ sunt in edit. Hippol. p. 221. versu 33. quemadmodum quæ sequuntur p. 222. Πάντες γὰρ δίκαιοι usque ad versum 28. ὀυ φθορὰ, ὀυ φροντὶς, exstant apud Damascenum p. 255. sub nomine Meletii Episcopi Antiochiæ, cujus partem loci ex Damasceni parallelis citat Zonaras in Annalibus. pag. 267. edit. Paris. Putat doctiss. le Quien

Quien de priore loco, librarios per errorem ex ἱππολ. fecisse ἰωσὴπ; sed tamen Josephus ἐν τῷ περὶ παντὸς συγγράμματι, citatur etiam a Jo. Philopono III. 16. in Hexaemeron, licet quæ ex eo affert in hoc fragmento non legantur. Observandum porro, fragmentum Hippolyti s. potius Julii Romani. T. II. p. 32. legi partem græce in Cl. Muratorii Anecdotis gr. p. 343. vide & Assemani Biblioth. Orient. T. II. p. 351. Cœterum S. R. *Mosbemius* Abbas in literis suis ad Fabricium identidem commemorat suas castigationes & emendationes in Hippolytea; præsertim vero ad librum de Antichristo nonnulla se observata habere dicit, quem a Græculo quodam recentiore interpolatum putat, occupatum quoque se esse in conscribenda historia dogmatis de Antichristo.

Ephemerides erud.

Vol. I. *Acta Eruditorum* 1716. p. 442.
Deutsche Acta Erud. P. XLII. p. 400. ff.
Neue Bibliothec P. LI. p. 34. ff.
Unschuldige Nachrichten 1716. p. 999.
Journal des Savans 1716. Dec. p. 636.
Memoires de Trevoux 1717. p. 255.

Vol. II. *Acta Eruditorum* 1718. p. 442.
Deutsche Acta Erud. P. LVIII. p. 744.
Unschuldige Nachrichten 1718. p. 808.
Nova lit. Lips. latina 1718. p. 117.
Journal des Savans 1719. Jan. p. 98.
Memoires de Trev. 1720. p. 218.

Euro-

Europe savante 1719. Apr. p. 247.
Jo. Franc. Buddeus Apend. ad Isagogen Histor. ad Theol. p. 101. ff.

§. 16.

BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA, in qua continentur de Scriptoribus Ecclesiasticis S. Hieronymus, *cum veteri versione græca quam vocant Sophronii, & nunc primum vulgatis editoris notis, Hieronymum cum Eusebio accurate conferentibus; adjunctis præterea castigationibus Suffridi Petri & Jo. Marcianæi, nec non integris Erasmi, Mariani Victorii, Henr. Gravii, Aub. Miræi, Wilh. Ern. Tentzelii & Ern. Sal. Cypriani annotationibus:* Appendix *de vitis Evangelistarum & Apostolorum, græce & latine;* Appendix altera, *quæ fertur jam sub titulo Hieronymi de duodecim Doctoribus, jam sub nomine Bedæ de luminaribus Ecclesiæ:* Gennadius *Massiliensis, annotatis lectionibus Codicis antiquiss. Corbejensis, & subjunctis variorum notis, Suffr. Petri, Aub. Miræi, E. Sal. Cypriani:* S. Isidorus *Hispalensis:* Ildefonsus *Toletanus:* Honorius *Augustodunensis:* Sigebertus *Gemblacensis:* Appendices *Juliani ac Felicis Toletani, & tertia Anonymi, ad Isidorum & Ildefonsum:* Henricus *Gandavensis:* Anonymus Mellicensis *a R. P. Bern. Pez nuper vulgatus:* Petrus Casinensis *de Viris illustribus Monasterii Casinensis, cum supplemento Placidi Romani, & Jo. Baptistæ Mari annotationibus:* Jo. Trithemii *Abbatis Spanhemensis Liber de S. E. cum notis edi-*

editoris: Aub. Miræi *auctarium de S. E. & a tempore quo desinit Trithemius, de Scriptoribus sæculi XVI. & XVII. libri duo.* Hamb. ap. Christ. Liebezeit, & Theod. Christoph. Felginer. 1718. fol. Alph. IX. pl. 9. Dedicata Garlieb Sillem, Consuli Reip. Hamburgensis meritissimo. Paginæ cum Gennadio, Trithemio & Miræo novum initium capiunt.

Argumentum. Dederat olim *Suffridus Petri* Leovardiensis, Hieronymum, Gennadium, Isidorum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gandavensem junctim excusos Coloniæ 1580. 8. variis Codicibus MSS. usus. Eum secutus *Aubertus Miræus*, sed præterito Suffridi nomine, Bibliothecam Ecclesiasticam vulgavit, Antwerp. T. I. 1639. T. II. 1649. fol. in qua solum Ildefonsum Toletanum septimum addidit, emendatius tamen multa loca exhibens, & singulos scriptores eruditis notis illustrans. Quæ Bibliotheca Eccles. cum desideraretur in tabernis, & tamen solide hæc studia tractantibus necesse esset ad veteres Scriptores recurrere, statuit Fabricius eam Bibliothecam, præsertim magis absolutam expolitamque omnium usibus accommodare. Titulus ipse operis perspicue indicat, quibus rebus hæc Bibliotheca prioribus anteferenda sit, ut jam continua serie scriptores ecclesiasticos uno volumine recensitos habeamus ad sæculum decimum septimum medium. Progreditur enim fere

Hieronymus ad Annum Christi	392
Gennadius - - - -	490
Isidorus Hispal. - - -	610
Ilddfonsus Tolet. - -	660
Honorius Augustod. - -	1120
Sigebertus Gembl. - -	1110
Henricus Gandav. - -	1290
Anonymus Mellic. - -	1120
Petrus Diac. - - -	1115
Placidus Diac. - - -	1584
Trithemius - - -	1500
Aub. Miræus - - -	1650

Nec prætermittendum est, Trithemio subjungi Indicem alphabetico-chronologicum in omnes præcedentes ipsumque Miræum sequentem, ita ut singulis virorum nominibus præfigatur annus, quo quisque clarus fuit aut diem obiit, subjungatur autem pagina hujus ipsius Bibliothecæ, ubi de eo agitur. Usum totius libri illustrat typorum & chartæ ultra nostrorum hominum morem nitida elegantia.

Ephemerides erud.

Acta Erud. 1718. p. 444.
Deutsche Acta Erud. T. LVII. p. 625.
Nova lit. Lipſ. lat. 1718. p. 186.
Journal des Savans. 1719. Mart. p. 355.

§. 17.

SEXTI EMPIRICI Opera, græce & latine. Pyrrhoniarum institutionum Libri III, cum Henr. Ste-

Stephani versione & notis: Contra Mathematicos, sive Disciplinarum Professores Libri VI. Contra Philosophos Libri V. cum versione Gentiani Herveti. Græca ex MSS. Codicibus castigavit, versiones emendavit supplevitque, & toti operi notas addidit. Lipsiæ sumtu Joh. Friderici Gleditschii B. Filii 1718. fol. Alph. VIII. pl. 9. Dedicata Philippo, Celsissimo Duci Aurelianensi & Proregi. Liber nitore typorum & chartæ nulli facile apud Belgas cedens.

Argumentum. Exstabat Sextus græce & latine tantum semel, eaque ipsa editio nonsolum rarior evaserat, sed & passim emendatione & illustratione indigebat, cum & græca hinc inde hiulca & corrupta essent, & Stephanus interdum, sæpius etiam Hervetus dormitasset in interpretando, denique ipsius Auctoris subtiles argutiæ sine explicatione vocum aut rerum vix intelligerentur. Utilissimam igitur suscepit operam Fabricius, in edendo scriptore, qui omnium prope doctrinas Philosophorum veteris ævi, præsertim vero Scepticorum, & cum quibus illi maxime bellabant, Stoicorum complectitur, & præterea duos omnino scopulos humanæ rationis evitare docet, partim ut ne confidentia dictatoria pro certis obtrudamus quæ innumeris circumsepta difficultatibus sunt, partim ne ad exemplum Scepticorum res apertas sollicitando cum ratione insanire videamur. Usus est Fabricius tribus codicibus, primo Sa-

viliano, cujus partem S. R. Jo. Frid. Wincklerus deſcripſit, integrum eruditiſſimus Jo. Hudſonus communicavit; altero Vratislavienſi, qui in L. II. adverſus Logicos ſect. 349. deſinit, & a Ferdin. Ludov. de Bresler & Aſchenburg Senatore patrio, a conſiliis Cæſari, transmiſſus eſt; tertio denique Cizenſi, quem per Cel. Jo. Burchardum Menckenium evolvendum dedit Cl. Frid. Gleitsmannus Rector Cizenſis. His acceſſerunt Magni Salmaſii caſtigationes ad marginem Sexti notatæ, & variæ quædam lectiones codicis Ottoboniani, quas ab Excell. Jo. Jac. Maſcovio impetraverat Andr. Buttigius, is qui una cum Stephano Berglero, utinam æque caſibus vitæ ac literis claro, operam bibliopolæ Lipſienſi in corrigendo Sexto addixerat. Quibus omnibus ſic emaculatus prodiit Pyrrhonicæ diſciplinæ Magiſter, ut pauciſſima futura ſint, quibus lector poſſit offendi. Sunt præterea ſinguli libri ad uſum evolventium in continuas ſectiones minores diſtincti; quanquam id impetrare Fabricius abſens non potuit, ut veteris editionis paginæ ad marginem novæ editionis collocatæ retinerentur, neque ut in Indice recentes ſcriptores a veteribus diverſo typo diſtinguerentur, quod utrumque Gleditſchius nitori operis detracturum putavit. Interpretatio latina plurimis in locis emendata eſt. In notis autem ſubjunctis vocabula & dictiones, Philoſophorum ſectis ſacræ, & in Lexicis minus obviæ

viæ vel non ſatis explicatæ, erudite illuſtrantur. Ipſæ quoque res & doctrinæ veterum non minus ſolide quam breviter exponuntur, addita, ubi id neceſſe videbatur, epicriſi, imbecillitatem & ſtultitiam argumentorum oſtendente. Index adjicitur quintuplex, primus Virorum illuſtrium Sexto memoratorum, alter vocum græcarum, tertius locorum ſcripturæ S. in notis explicatorum, quartus ſcriptorum in notis laudatorum, quintus deniq; rerum.

Ephemerides Eruditorum

Acta Eruditorum. 1718. p. 337.
Deutſche Acta Erud. P. LIV. p. 381.
Bibliotheque Anc. & Mod. T. XIV. p. 1.
Journal des Savans. 1719. Jun. p. 669.

§. 18.

D. ANSELMI BANDVRII Monachi Benedictini, Regiæ Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfecti, & in Regia Academia Pariſienſi Inſcriptionum ac bonarum literarum Academici honorarii, BIBLIOTHECA NVMMARIA, ſive Auctorum qui de re nummaria ſcripſerunt; in νομισματο-φίλων *gratiam cum notulis & indicibus recuſa.* Hamburgi, apud C. Liebezeit & T. C. Felgin. 1719. 4. Alph. I. pl. 9.

Argumentum. Prodierat hæc Bibliotheca nummaria ad calcem *Numiſmatum Imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Palæologos Auguſtos.* Lutetiæ Paris 1718. II. Vol. in fol. cum figuris æneis. Placuit Fabricio

mirifice cum reliquum opus, tum inprimis Bibliotheca nummaria, quam ſeparatim minore ſumtu & plurium cum fructu recudi poſſe credidit. Sequitur Bandurius temporis quo quiſque ſcripſit rationem, ut fecit quoque Carolus Patinus in Hiſt. numiſmatum c. 24. Quemadmodum ordinem alphabeticum nominum Labbeus in Bibliotheca nummaria, ordinem nationum Ez. Spanhemius Diſſ. 1. p. 32. ſſ. edit. Londinenſis, ſed minus commode, prætulerunt. Omina tamen hæc commoda ut ſimul in hoc libro invenirentur effecit Index triplex a Fabricio adjectus, quorum primus ſcriptores ordine alphabetico, ſecundus ordine nationum, tertius per claſſes rerum quas tractant perſequitur; ipſa vero Bibliotheca a Fabricio in notis locupletata eſt ampliore & accuratione enarratione ſcriptorum & librorum, quibus ipſe poſtea manu ſua varia non pœnitenda adſcripſit. Conf. *Neue Bibliothec* T. IX. p. 519. Rep. der Gel. 1720. Jan. 10.

§. 19.

S. PHILASTRII Epiſcopi Brixienſis DE HÆRESIBVS LIBER, cum emendationibus & notis, additiſque Indicibus locupletiſſimis. Hamb. ſumtu Theod. Chriſtoph. Felgineri. 1721. 8. Alph. I. pl. 5. Dedicatus Petro Theod. Seelmanno Paſtori ad S. Michaelis ædem & S. Ordinis Seniori graviſſimo, & Erdm. Neumeiſtero, Paſtori ad D. Jacobi meritiſſimo.

Scri-

Scribit nuper adeo d. 19. Jul. Eminentissimus Angelus Maria Cardinalis Quirinus, Episcopus Brixiensis & S. R. C. Bibliothecarius, se jam in eo esse, ut Philastrius, cum Gaudentio, Adelmanno & Ramperto, quatuor Ecclesiæ Brixiensis decora, uno eoque satis magnifico Volumine recudantur, (quod jam Anno 1720. Patavii in 4. præstitit Paulus Galeardus Canonicus Brixianus. v. Act. Er. 1722. p. 482.) petitque a Fabricio, (quem adeo mortuum esse nondum acceperat,) ut secundas, si quas habeat, ad Philastrium curas sibi transmittat. Hæ tamen non adeo multæ aut magni momenti transmitti potuerunt, nescio an novæ editioni Philastrii, una cum jam editis Fabricii observationibus, inserendæ.

Argumentum. Est Philastrius post Tertullianum antiquissimus, qui de hæresibus commentatus est, sæculo quarto vergente; quanquam observante jam Augustino inter hæreses sæpe refert, quæ hæreses non sunt, & interdum veriorem sententiam erroris arguit. Quibus tamen ipsis nominibus dignissimus fuit scriptor, qui a Fabricio cum eruditis & acris judicii observationibus, totam historiam hæresium non minus, quam ipsum auctorem illustrantibus, ederetur; quarum viso ante editionem specimine S. R. Moshemius, qui idem tum meditabatur institutum, ab edendo Philastrio lubens destitit. Codicum MSS. copiam, quorum spem ex Italia fecerat

 cerat

cerat Gisb. Cuperus, nancisci non potuit Fabricius; sicut & Scipio Maffejus ad Galeardum postea scribit in Antiqu. Galliæ p. 76. se adhuc in perquirendis Philastrii codicibus operam perdidisse; præter unum quem nuper audiat in Bibl. Benedictinorum S. Germani esse. Igitur Basileenses editiones, non sine crisi tamen, secutus necessario Fabricius est. Præmittitur vita Philastrii per S. Gaudentium ejus successorem, & B. Ramperti pariter Episc. Brixiensis Tract. de Translatione Philastrii; Judicia item veterum & recentiorum de Philastrio. Subjicitur index duplex, alter locorum scripturæ, alter rerum.

Ephemerides Erud.

Bibliotheque Anc. & Mod. T. XVII. p. 179.
Giornale d'Italia. T. XXXVI. p. 54.

§. 20.

Delectus argumentorum & syllabus scriptorum qui VERITATEM RELIGIONIS CHRISTIANAE adversus Atheos, Epicureos, Deistas seu Naturalistas, idololatras, Judæos & Muhammedanos lucubrationibus suis asseruerunt. Præmissa sunt Eusebii Cæsariensis *Procemium & capita priora Demonstrationis Evangelicæ, quæ in editionibus hactenus desiderantur, deprompta ex Bibliotheca Celsissimi & sapientissimi Walachiæ Principis Joannis Nicolai Alexandri F. Maurocordati, & latine reddita.* Hamb. sumtu Theod. Christoph. Felginer 1725. 4. Alph.
IV.

IV. pl. 8. Dedicatus Henr. Dieterico Wiese, Reip. Hamburgensis Consuli gravissimo.

Argumentum. Volumine VII. Bibl. græcæ pag. 96-144. Auctor, de Juliano Imp. agens, suppeditaverat elenchum scriptorum amplius quadringentorum omnis ætatis, qui veram religionem adversus Atheos, Deistas &c. asseruerunt. Hunc longe ampliorem dare hic instituit, sic, ut nonsolum quæ in Bibliothecis græca latinaque de veterum apologiis dixerat, emendaret & suppleret, sed etiam recentiores, aucto mirifice eorum numero, per capita argumentorum digereret, ipse de singulis argumentis strictim at gravibus & bene ponderatis rationibus disputans. Scriptores vero potiores adjecto elogio distinguit, ceteros licet non æqua omnes vi demonstrationis se commendantes, tamen nec omittendos nec ignominiosa censura notandos duxit, memor oraculi Es. LXV. 8. *ne disperdas illud, quoniam benedictio in eo est.* Non placuit autem alia hic capita persequi, quam quæ ad non Christianos pertinent; quæ vero inter ipsos Christianos disputata sunt, alterius operis consiliique fuerit, tradere. Adjectus est index scriptorum; argumentorum & rerum deest. Cœterum ad hunc librum insignes accessiones manu sua contulit vir Beatus; ut & Sciagraphiam Historiæ Dogmatis de Trinitate & divinitate Christi. Præmissum τηλαυγὲς πρόσωπον Eusebii, petitum

eſt ex Codice membranaceo in fol. quem integriorem eſſe editis ipſe Princeps Maurocordatus primus animadvertit, Stephanus autem Berglerus tum Bukureſti agens primus Fabricio ſignificavit, animumque addidit, ut ſupplementa ex eodem codice ſibi expeteret ab Illuſtr. Jo. Scarlati, Principis propinquo & Archicamerario. Petierat ſimul Fabricius notitiam ceterorum codicum Bibliothecæ Principis, quam dono miſſis codicibus, teſte Berglero intellexerat locupletari indies a Patriarchis, Cpolitano præſertim, a Metropolitis, ceterisque Epiſcopis; verum id gratificari tum nondum potuit Ill. Scarlati, cum Codices omnes nondum ſatis accurate excuſſi eſſent.

Ephemerides & judicia Erud.

Acta Eruditorum 1727. p. 266.
Unſchuldige Nachrichten 1725. p. 1102.
Auserleſne Theol. Biblioth. P. XIII. p. 33.
Teutſcher Pavillon der Muſen P. VI. p. 510.
Bibliotheque Germanique T. XII. p. 95.
Journal literaire T. XVIII. p. 465.
Mem. de Trev. 1725. Nov. p. 2078.
Biblioth. anc. & mod. T. XXVII. p. 25.
New Memoirs of literature T. I. 1725. p. 337. ſſ.

Adde Bibliothecam *Reimannianam.* p. 92. Jo. Franc. *Buddeum*, appendice ad Iſagogen Hiſt. Theol. p. 94. ſq. 100. 112. & in Iſagoge p. 1380. ſq. Jo. Laur. *Mosheim* p. 571. Syntagmatis Diſſ. Theol. D. Sal. *Deglingium* Diſſ. de

de Eusebiano doctrinæ salvificæ systemate Lipſ. 1732. p. 29. Christian. August. *Hanſenium* ad D. Bebelii Hiſt. Eccleſ. recentiorem p. 392. Christoph Gottlob *Jæcherum* in Diſſ. de Philosophia hæresium obice. p. 75. Gabr. Wilh. *Gættenum* ad Dittonum de resurrectione Christi. p. 9. & in præf. pag. XXXII. Jac. *Brukerum* in otio Vindelico p. 60. 70. ſq. & T. IV. p. 1043. der Fragen aus der Philosophischen Historie. Seeleniana p. 162.

§. 21.

Imp. CÆS. AVGVSTI temporum notatio, genus, & scriptorum fragmenta. Præmittitur Nicolai Damasceni *liber de institutione Augusti, cum versione Hug. Grotii, & Henr. Valesii notis.* Hamb. sumtu Viduæ Felgineriæ 1727. 4. Alph. I. pl. 10. Dedicavit Johanni Klefeker, Reip. Hamburg. Syndico longe meritissimo.

Argumentum. Collegit jam olim Janus Rutgersius Augusti scriptorum fragmenta, in Variis suis lectionibus L. II. c. 19. Cum vero Fabricius in Dione Cassio illustrando versaretur, multaque ibi ad Augustum spectantia reperiret, venit in mentem, non modo reliquias tanti principis, sed & cetera ad ejus res gestas pertinentia, post Rutgersium, diligentius conquirere. Itaque præter Nic. Damascenum de instit. Augusti, exhibet accuratam Chronologiam rerum ejus, confirmatam testimoniis

niis veterum, additis annis 1) ætatis Augusti, 2) U.C. 3) ante & post C. N. 4) Coss. Romanorum 5) Julianis & 6) imperii. Sequitur genus Augusti cum Godofr. de Peschwitz Commentario in Familiam Cæsarum Augustam. Hinc exhibentur fragmenta scriptorum Augusti undique conquisita. Conf. Bibl. lat. Vol. III. p. 565. sq.

Ephemerides erud.

Acta Eruditorum 1728. p. 139.
Neue Zeit. von gel. Sachen 1727. p. 881.
Journal des Savans 1728. Octobr. p. 222. Aug. p. 575.

§. 22.

CENTIFOLIVM LVTHERANVM, sive notitia literaria scriptorum omnis generis de B. D. Luthero, ejusque vita, scriptis & reformatione ecclesiæ, in lucem ab amicis & inimicis editorum, digesta sub titulis CC, atque in memoriam sæcularem divini beneficii ante hos ducentos annos repurgatis sacris Hamburgo præstiti, grato & memori animo consignata. Hamburgi apud Conrad. Koenig & G. Richter 1728. 8. Alph. I. pl. 12.

Centifolii Lutherani, sive notitiæ literariæ scriptorum omnis generis de B. D. Luthero ejusque vita scriptis & reformatione Ecclesiæ, in lucem ab amicis & inimicis editorum, Pars altera, cum indice in utramque partem. Hamb. ap. eosd. 1730. 8. Alph. I. pl. 10.

Argu-

Argumentum cum ſit notiſſimum juxta & nobiliſſimum, nec capita ſingula hic recenſere liceat, hoc unum moneo, cœpiſſe Auctorem poſtea Hymnorum ſacrorum collectiones a Luthero & Lutheranis ſcriptas velut ſupplementi loco recenſere. Cœterum non tam publico uſui deſtinatum fuit, quam privatæ voluptati, quod Centifolio ſuo figuras æri inciſas clarorum virorum & numiſmatum ad Hiſtoriam hanc pertinentium cœperit agglutinare; quanquam interdum emuntur libri, ſumtuoſi ob figuras æneas ejusmodi, quæ minoris longe momenti & utilitatis res continent.

Ephemerides erud.

Unſchuldige Nachrichten 1728. pag. 967. 1730. p. 14.
Auserl. Theol. Bibliothec P. XXXVI. p. 1059. P. XLVIII. p. 1107.
Hamburgiſche Auszüge P. VII. p. 449.
Niederſächſiſche N. Z. von gelehrten Sachen 1729. p. 657.
Journal literaire T. XIII. p. 459.

§. 23.

William DERHAMS, Canonici in Windſor, Rectorn zu Upminſter in Eſſex, und Mitglieds der Königl. Engliſchen Geſellſchafft ASTROTHEOLOGIE, oder Himmliſches Vergnügen in GOtt, bey aufmerckſamen Anſchauen des Himmels und genauerer Betrachtung der Himmliſchen Cörper,

zum

zum augenſcheinlichen Beweis, daſs ein GOtt, und derſelbige ein allergütigſtes, allweiſes, allmächtiges Weſen ſey. Aus der fünften vollſtändigeren Engl. Ausgabe in die deutſche Sprache überſetzet, und mit einer Nachricht von den Scribenten, die durch Betrachtung der Natur die Menſchen zu GOtt zu führen bemühet ſind, vermehret. Hamb. apud viduam Felgineri. 1728. 8. Alph. I. pl. 2. Dedicatum Illuſtri Bartholdo Henrico Brockeſio, Senatori Reip. Hamb. & hoc tempore Prætori Ritzbüttelenſi. Recuſum ibid. 1732. 8.

William DERHAMS PHYSICOTHEOLOGIE, oder Natur-Leitung zu GOtt, durch Aufmerkſame Betrachtung der Erd-Kugel, und der darauf ſich befindenden Creaturen; zum augenſcheinl. Beweiſs, daſs ein GOtt, und derſelbige ein allergütigſtes, allweiſes, allmächtiges Weſen ſey. In die deutſche Sprache überſetzet von C. L. W. jetzo aber nach der ſiebenden Engliſchen Ausgabe mit Fleiſs von neuen überſehen, und nebſt einer Aufmunterung des Herrn Carol Rollins, die Jugend bey Zeiten zur Liebe ihres Schöpffers durch Betrachtung der Creaturen anzuführen, zum Druk befördert. Hamb. ap. Chriſti. Wilh. Brand 1730. 8. Alph. II. plag. 13. Dedicatum Viro Magnifico Danieli Stockfleht. Conſuli Reip. Hamb. Recuſum 1731. & 1736.

Argumentum non magis quam utilitatem horum librorum quiſquam ignorat. Excepti

cepti adeo cum plausu omnium, & prior quidem conversus *Italice*, Neapoli 1728. 4. Iourn. des Sav. 1729. p. 121. *Belgice*. Bibl. rais. T. I. p. 436. *Gallice*, Paris & Amst. 1729. 8. Journ. des Sav. 1729. Aug. p. 479. Bibl. Françoise T. XIII. p. 325. *Latine*, cum auctoris obs. de aurora boreali v. present Stat. of the Rep. of letters. 1729. Mart. p. 150. Posterioris libri editiones & versiones recenset Fabricius sub fin. præfationis ad Astrotheologiam, quibus adde octavam editionem anglicam Lond. 1732. Germanicæ versionis auctor est Christian Ludovicus Wiener, Bibliothecarius Abbatis Gotvicensis. Sed studio omissa in notis loca auctorum, cum analysi & præfatione, addenda, alia passim mutanda fuerunt a Fabricio.

Ephemerides erud.

Unschuldige Nachrichten 1730. p. 436.
Auserlesne Theol. Bibl. T. IV. pag. 181. T. VI. pag. 789.
Hamburgische Auszüge T. I. p. 436.
Bibliotheque raisonnée T. I. p. 212.
Conf. etiam Illustr. *Brokesii* Irdisches Vergnügen T. IV. p. 524. 455.

§. 24.

VOTVM DAVIDICVM, cor novum crea in me Deus, *a centum quinquaginta amplius Metaphrasibus expressum, carmine Hebraico, Græco, Latino, Germanico &c. Commendatum usibus studiosæ juventutis, in memoriam Johan-*

nei

nei Hamburgensis hac in urbe ante hos ducentos annos feliciter instaurati. Præmissus est elenchus, subjunctaque brevis notitia alphabetica Metaphrastarum, qui Psalmos vel universos vel nonnullos per linguas sive idiomata amplius viginti versibus reddiderunt. Hamb. sumtu viduæ Felgineriæ 1729. 4. plagg. 16. Auctus postea est Fabricii manu numerus Metaphrasium hujus commatis ultra 200. sicut & Metaphrastæ in Psalmos locupletati sunt, quorum indicem jam aliquem dederat Auctor in Bibl. Gr. Vol. VII. p. 652.

Ephemerides erud.

Auserlesne Theol. Bibl. P. XLVIII. p. 1117.
Journal literaire T. XIX. p. 445.

§. 25.

Conspectus THESAVRI LITERARII ITALIÆ præmissam habens, præter alia, notitiam Diariorum Italiæ literariorum, thesaurorumque ac corporum Historicorum & Academiarum, subjuncto Peplo Italiæ Jo. Matthæi Toscani. Hamb. sumtu Christ. Wilh. Brandt. 1730. 8. Alph. I. pl. 14. Dedicatus Petro van der AA. Bibliopolæ ac Typographo Leidensi celeberrimo. Præmittitur index eorum quæ hoc Vol. continentur, subjungitur index duplex, alter locorum, alter Auctorum.

Ephe-

Ephemerides Erud.

Bibliotheque Germanique. T. XVIII. p. 215.
Journal literaire. T. XVI. p. 224.
Journal des Savans. 1730. Dec. p. 560.
Critique desintereſſée. T. II. p. 221.

§. 26.

HYDROTHEOLOGIÆ SCIAGRAPHIA, germanice. Hamb. bey König und Richter. 1730. 4. pl. 4.

HYDROTHEOLOGIE, oder Verſuch durch aufmerkſame Betrachtung der Eigenſchaften, reichen Austheilung und Bewegung der Waſſer, die Menſchen zur Liebe und Bewunderung ihres gütigſten, weiſeſten, mächtigſten Schöpffers zu ermuntern. Nebſt einem Verzeichnis von alten und neuen See-und Waſſer-Rechten, wie auch Materien und Schriften die dahin gehören, unter XL. Titul gebracht. Hamb. bey König und Richter. 1734. 8. Alphab. I. pl. 7. Dedicatum Martino Lucæ Schele Reip. Hamb. Conſuli meritiſſimo. Sciagraphiæ prioris, decem libros promittentis, elaboratio hæc, III. Libros abſolvit, in belgicum etiam ſermonem, ut accepimus convertenda. vide Hamb. Nachrichten p. 136. Ad reliqua capita Sciagraphiæ Vir beatus Scriptores conferendos adſcripſit.

Ephemerides erud.

Unſchuldige Nachrichten. 1730. pag. 859. 1734. p. 520.

Auserlesne Theol. Bibl. T. IV. p. 1122. T. VII. p. 868.
Hamb. Berichte. 1734. p. 447.
Bau des Reiches GOttes. P. XXXIII. p. 45.

PYROTHEOLOGIÆ Sciagraphia, oder Versuch durch nähere Betrachtung des Feuers die Menschen zur Liebe und Bewunderung ihres gütigsten, weisesten, mächtigsten Schöpfers anzuflammen. Hamb. bey Theod. Christ. Felginers Witwe. 1732. 8. pl. 16.

AEROTHEOLOGIÆ in X. libros dividendæ Sciagraphia quoad titulos librorum, est sub fin. præf. ad Frid. Christ. Lesseri Lithotheologiam; plenior autem Sciagraphia MSS. servatur.

§. 27.

Salutaris LVX EVANGELII toti orbi per divinam gratiam exoriens, sive notitia Historico-Chronologica literaria & Geographica propagatorum per orbem totum Christianorum sacrorum. Accedunt epistolæ quædam ineditæ Juliani Imp. *ex Bibliotheca illustrissimi Comitis Christiani Daneshiold de Samsoa, τοῦ μακαρίτου:* & 2) Gregorii Habessini *Theologia Æthiopica, nec non* 3) Index *Geographicus* Episcopatuum *orbis Christiani, addita notitia scriptorum, e quibus plerorumque historia & successio episcoporum peti potest.* Hamburgi sumtu viduæ Felgineriæ. 1731. 4. Alph. V. pl. 14. Dedicata Celsissimo Principi Friderico, Principi hæreditario Daniæ & Norwagiæ &c.

Ar-

Argumentum. Eſt quaſi Volumen alterum Syllabi Scriptorum pro veritate Religionis Chriſtianæ, & uberior explanatio digniſſimi argumenti, quod ſuperiori libri capite penultimo breviſſimis attigerat. Recenſet enim vaticinia teſtimoniaque de converſione Judæorum & Gentium ad Chriſtum, deque ejus amplitudine promota per Apoſtolos eorumque ſucceſſores, contra blasphemias & infectationes omnium gentium, contra philoſophorum & hæreticorum turbas, ſolo verbi præconio & miraculis, adjuncta vitæ ſanctitate & martyrum ſanguine, donec tandem ipſi Imperatores Chriſtianis favere cœperunt, & Chriſtianorum res vel ipſa perfidia Juliani Imperatoris incrementa caperent. Hinc de origine & ſucceſſu Chriſtianiſmi per ſingula Europæ regna & provincias diſputatur, deque ejus inſecuta corruptione in doctrina & moribus, atque hinc divino judicio factis per Aſiam Saracenorum progreſſibus. Agitur deinde de violentis & ſpuriis, de genuinis, de excuſandis magis quam defendendis propagandæ religionis remediis, de diſciplina arcani, expeditionibus cruciatis, ordinibus equitum, miſſionibus religioſis, congregationibus de propaganda fide, & Seminariis. Acceditur denique ad Chriſtianiſmi reſtaurationem, per Aſiæ, Africæ atque Americæ provincias, & ad ſperandam ampliorem Judæorum & gentium converſionem; quod poſtremum caput deinde poſt librum jam editum

adductis veterum ac recentiorum in utramque partem copiosissimis testimoniis amplificandum duxit, sicut & alia non contemnenda passim huic libro adjecta video. *Juliani Epistolas* adhuc ineditas quæ p. 316. ss. cum interpretatione latina Fabricii leguntur, communicavit cum Fabricio Vir singulari & eruditione & humanitate excellens Jo. Grammius, ex Rostgardi Collectione, quæ in Danneschioldi Comitis Bibliothecam pervenerat, descriptas. *Abba Gregorii* Habessini responsa ad B. Jobi Ludolfi quæsita, æthiopice & latine possideo nitide scripta, ex quibus B. Socer petere latina dignatus est. Indicem Episcopatuum, quem jam dederat Auctor Bibl. Gr. Vol. XII. p. 1. ss. hic longe auctiorem suppeditat, accedit & index rerum & alter auctorum.

Ephemerides Eruditorum

Acta Eruditorum. 1732. p. 113.
Unschuldige Nachrichten. 1732. p. 476.
Auserlesne Theol. Biblioth. P. LXI. p. 1.
Niedersächsische Nachrichten. 1731. p. 641. ss.
Gelehrte Zeitungen. 1731. p. 829.
Journal literaire. T. XVIII. p. 465.

§. 28.

BIBLIOTH. LATINA mediæ & infimæ ætatis (Lib. I. II. III. seu literæ A. B. C.) *Accedunt* Wipponis *Presb. Proverbia ad Henricum, Conradi Imp. Filium*. Hamb. sumtu viduæ Felgineriæ

riæ. 1734. 8. Alph. III. pl. 12. Dedicata Nicolao Stampeel, Reip. Hamburgensis Senatori Dignissimo.

Vol. II. seu *Liber IV. V. & VI.* (D. E. F.) *Accedit Doctrina* D. Severini *Episcopi.* Hamb. ap. eand. 1734. 8. Alph. I. pl. 22. Dedicatum Jacobo Bruckero Ecclesiastæ Kaufburensi Doctissimo.

Vol. III. seu *Liber VII. & VIII.* (G. H.) *Accedunt* veters rhytmi de *vita monastica.* Hamb. ap. eand. 1735. 8. Alph. II. pl. 13. Dedicatum Joanni Grammio, Regi Daniæ a Consiliis & Bibliotheca, ac Prof. Gr. linguæ Hafniensi Celeberrimo.

Vol. IV. seu *Liber IX. X. & IX.* (J. K. L.) *Accedunt supplementum* somnii moralis Pharaonis (p. 261.) & Joannis Sarisberiensis *carmen de membris conspirantibus.* Hamb. ap. eand. 1735. 8. Alph. II. pl. 11. Dedicatum Erico Benzelio Lincopensi Episcopo meritissimo, a quo præter Aratorem Poetam cum insigni Codice MS. collatum, acceperat hoc ipsum supplem. Somnii Pharaonis.

Vol. V. seu *Liber XII. XIII. XIV. & XV.* (M. N. O. P.) *Accedit* Notgeri Balbuli *Libellus de illustribus sacrarum scripturarum expositoribus, ad Salomonem, postea ab A.* 891. *tertium hujus nominis Constantiensem Episcopum.* Hamb. ap. eand. 1736. 8. Alph. II. pl. 14. Dedicatum Johanni Alberti, Ecclesiastæ Harlemensi Celebratissimo.

Argumentum. Noluit Vir beatus, perire quæ jam a quadraginta fere annis de mediæ ac infimæ ætatis Scriptoribus, indice quodam impresso usus, collegerat, licet sextum jam & sexagesimum agenti annum aggrediendus esset labor, omnium quos unquam scribendo exantlavit molestissimus. Tredecim prope sæculorum memoriam literariam, usque ad renatas literas, ordine alphabetico persequitur, ea quæ in Bibliotheca latina veteris ævi de patribus Ecclesiæ dixerat hic tantum brevibus repetens supplensque. Cœterum Historicos præ reliquis diligentius considerat Vossium suppleturus, ubique in scriptis Auctorum recensendis maximam operam ponit & lectorem ad genuinos fontes remittit. Inspergit etiam hinc inde eruditas observationes historico - literarias & fragmenta insignia Auctorum. Renovat autem hic ipse liber omnibus probatus dolorem ex Fabricii obitu conceptum tanto magis, quod inperfectus in Poggio subsistit, telæ extrema alii nescio cui pertexenda relinquens. Nam quod indice quodam eum usum esse dixi, non ita intellectum velim, quasi huic collecta a se adscripserit, id quod spatii per se angustiam non pati quilibet facile agnoscit; nuda sunt nomina virorum, quæ adscripta reperio, adjecto interdum teste uno alterove. Cetera unde petenda essent, vel ubi congessisset, ipse memoria tenebat; unde quantum ex ejus

sche-

ſchedis ſubſidii ſperandum ſit judicari poteſt. Difficile autem eſt homini in his rebus novo in tam obſcura tempora ſe immittere, & loca non ſatis calcata in tenebris pertentare ſine gravi offenſione. Sed hæc Deo committenda ſunt, qui forte Virum beatum non alia de cauſa ex medio labore, difficillius aut certe deterius continuando aliis, avocavit, quam ut majus ejus deſiderium relinqueret; ipſe nunc ad nobiliora translatus invenit quod optavit in titulo extremi voluminis ſcribens *ἰδὼν τὸ τέρμα τὴν χάριν δώσω Θεῷ*, nempe ut interpretatus ipſe eſt adſcriptis his: *Τέρμα πόνων, νόσωντε, σώματος θνητοῦ βίου.*

II. Scripta, libris aliorum inſerta.

§. 29.

1) *Appendix ad Flav. Joſephum*, editum Coloniæ i. e. Lipſiæ 1691. fol. collecta & curata eſt a Fabricio, ut ipſe teſtatur in Joſepho Havercampii Amſtelod. 1726. T. II. p. 65. Append. Ubi ſimul, ut & Bibl. Gr. Vol. III. p. 245. recenſet quid illa Appendice contineatur. Sunt in illa ipſius Fabricii *breves notæ* ad Joſephi L. XII. c. 2. quo *compendium* libri *Ariſteæ* de LXX. Interpretibus continetur. p. 35. edit. Lipſ. & T. II. Append. p. 133. Amſtelodamenſis. B. Ittigii judicium de Fabricio tunc ſatis juvene habes in Proleg. ad Joſephum f. 2. b.

2) Breves *notæ ad loca quædam S. Hieronymi de Scriptt. Eccleſ.* in editione Helmſtad. 1700. 4. vulgatae inſcio Fabricio a Venerando Sal. Ern. Cypriano. Vide Monatliche Auszüge 1700. p. 597. ſſ.

3) *Dicæarchi* Meſſenii Siculi *ἀναγραφὴ τοῦ πηλίου ὄρους deſcriptio montis Pelii.* ex Cod. MS. Marquardi Gudii, cum interpretatione latina & notis Fabricii, ab ipſo communicata cum Jo. Hudſono, qui edidit T. II. Geographorum Græcorum Oxon. 1703. 8. n. 1. p. 27. ſſ.

4) *Iſidori Characeni σαθμοὶ παρθικοὶ manſiones Parthicæ*, antea cum aliis Geographis ab Hœſchelio editæ, hinc a Fabricio ad Cod. MS. Bibl. Regiæ Pariſienſis caſtigatæ & cum verſione Jo. Hudſoni & notulis Fabricii editæ T. II. Geographorum græcorum. Oxon. 1703. n. 2.

5) *Interpretatio locorum quorundam Juſtini Martyris* in Apologia 1. a Jo. Ern. Grabio recenſita, quæ exſtat in Novis literariis Germaniæ 1703. Febr. p. 79. 80.

6) *De verſionibus libri Kempiſiani* de imitatione JEſu Chriſti. ibid. p. 202.

7) *Ad Acta Eruditorum* Lipſienſia latina ſymbolæ quædam, vivente B. Ottone Menckenio.

8) *Notitia vitæ & operum Philonis Judæi* ex Bibl. Gr. Fabricii memoratur N. Zeit. Lipſ. 1729. p. 699. ad edit Francof. 1691. adjicienda a Schoettgenio; niſi forte res in deſtinatis ſubſtitit.

9) *No-*

9) *Notitia vitæ & operum Fl. Josephi* ex Bibl. Græc. Vol. III. p. 228. locupletata a Fabricio, inseritur Josepho, post Hudsonianam editionem, vulgato a Sigeberto Havercamp. T. II. p. 57-71.

10) *Einige zwischen Hn. D. Fabricius und Hn. Prof. Richey freundlich gewechselte Streit-Schriften* (1) über den Gebrauch und Missbrauch in Sprachen. (2) Uber die Frage ob man Deutsch oder Teutsch schreiben müsse; in C. F. Weichmanns Poësie der Niedersachsen Tom. II. Hamb. 1723. 8. sub init.

11) *Mericus Casaubonus de Enthusiasmo precatorio*, ex Anglico latine versus, ad calcem D. Jo. Frid. Mayeri de Pietistis Ecclesiæ veteris. Hamb. 1696. 4.

12) *Casparis Scioppii epistola* ad Fulgentium Theologum Venetum, ex Italico latine versa, in Ej. Mayeri Eclogis de fide Baronii apud ipsos Pontificios ambigua. p. 148. sq. Amstel. 1697. 8.

13) *Specimen ex Præteritis Præteritorum Balthasaris Scheidii*, seu Horæ ejus Talmudicæ in Epistolas II. ad Corinthios, Galatas, Ephesios & Philippenses ex MS. ejus excerptæ, in Bibliotheca Lubecensi Vol. II. p. 181.

14) *Symbolæ ad Patriotam Hamburgensem*, primum separatis foliis in 4. deinde III. Vol. in 8. Hamb. 1728. & 1729. editum, hinc belgi-

ce converſum a D. de Ruyſcher. vide Bibliotheque belgique. T. II. p. 158.

15) *Symbolæ* ad Bibliothecam Hiſtoricam Hamburgenſem, decem centurias totidem Tomis complexam. Lipſiæ. A. 1715. - 1729. in 12.

III. *Diſſertationes.*

§. 30.

1) *Σύμμικτα περὶ τῶν ἑβδομήκοντα*, reſpondente Godofredo Böhnigk Lipſienſi. Lipſiæ d. 17. Martii 1688. 4. pl. 3. Non de LXX. Interpretibus tantum agit, quod titulus forte videatur indicare, ſed *de numero ſeptuagenario*, rebusque in quibus ille reperitur.

2) *De antiquorum Philoſophorum, Stoicorum maxime, cavillationibus* Exercitatio, Indultu Ampliſſimæ Facultatis Philoſophicæ, in prioris pro Loco Diſſertationis argumentum. Lipſiæ d. 16. Martii An. 1692. 4. pl. 2. Sophiſmata quæ perſequitur, ſunt ἀντιστρέφον, Ceratine, οὖτις, Sorites, λόγος ἀργὸς, & διὰ δύο τροπικῶν.

3) Exercitatio *de Platoniſmo Philonis Judæi* Viro doctiſſimo Johanni Jonſio oppoſita, in poſterioris pro Loco Diſſertationis argumentum. Pridie Miſericordias Domini Lipſ. 1693. 4. pl. 2.

4) *Specimen Elencticum Hiſtoriæ Logicæ*, quod una cum Quinquagena Theſium Logicarum ac Metaphyſicarum benevolo indultu Am-

Ampliſſ. ſpectatiſſimorum Scholaraharum Collegii in Acroaterio Gymnaſii Hamb. publice defendendum proponit d. 24. Januar. Hamb. 1699. 4. pl. 4.

5) Exercitatio Theologica inauguralis *de Recordatione animæ humanæ poſt fata ſuperſtitis* ſub Præſidio Jo. Frid. Mayeri, pro licentia impetrandi ſummos in Theologia honores habita prid. Cal. Octobr. Kiliæ 1699. 4. pl. 7. & ibid. 1714. Lipſ. 1701. Witteb. 1709. & 1714. Adjungi ſolet Præſidis Programma de Pacto apparitionis poſt mortem.

6) Diſſertatio moralis *de laudibus malignis*, Reſpondente Statio Henrico Kreutzenberg Hamburgenſi d. 9. Martii, Hamburgi 1700. 4. pl. 3.

7) Exercitatio Moralis *de obſervantia ſacra*, ſive de genuino ſtudio opera divina contemplandi celebrandique. Reſpondente Dieterico Hermanno Kemmerich, Palaeo-Marchico. poſtea Profeſſore Jurium Witteberg. Hamb. 1700. 4. pl. 7.

8) Diſſ. *de Hæreſi & Moribus Bogomilorum.* Reſpondente Joh. Antonio Wincklero, poſtea Sydico Hamburgenſi. d. 16. Maji. Hamburgi 1702. 4. pl. 4.

9) Exercitatio Critica, qua diſputatur *Crucem quam in cœlis vidiſſe ſe juravit Conſtantinus M. Imperator, fuiſſe naturalem in Halone ſolari.* Reſpondente Chriſtophoro Woltereck, Glückſtadienſi. 3. Cal. Apr. Hamb. 1706. 4. pl. 4. Recuſa Vol. VI. Bibliothecæ

Gr.

Gr. p. 8. Iniquius de ea ſententia judicium in Memoriis Trivoltinis. 1708. Febr. p. 351. Memini me audire ex Fabricio, ſe ea de re ſcripſiſſe ad Turneminium. Vide tamen Cap. ſeq. quæ Gisb. Cuperus etiam contra monuit.

10) Exercitatio *de Brachmanibus Philoſophis Indorum.* Reſpondente Franciſco von Som Hamb. hodie ejuſdem Reip. Archivario. d. 18. Sept. Hamb. 1708. 4. pl. 5.

11) Exercitatio Critica *de Religione Eraſmi.* Reſpondente Johanne Kleſeker, Hamburgenſi, hodie Syndico in Patria. d. 18. Mart. Hamb. 1717. 4. pl. 7.

12) Diſſ. Critica *de hominibus orbis noſtri incolis,* ſpecie & ortu avito inter ſe non differentibus. Reſpondente Vincentio Rumpf Hamburgenſi, hodie Reip. noſtræ Senatore. d. 8. April. Hamb. 1721. 4. pl. 7.

*) Diſſertationem *de Alogo ſeu irrationali logigica Pontificiorum* ſub Præſidio Mayeri habitam Kiliæ 1695. 4. video Fabricio tribui ab Auctore des Ausführl. Berichts von Neuen Büchern, P. VI. p. 615. & Excell. Jo. Kleſekero in Bibliotheca Eruditor. præcoc. p. 83. Sed ipſe Fabr. in Biblioth. germanique T. VI. p. 69. ejus non meminit, neque illam Vir beatus Volumini compacto, quo ceteræ ejus Diſſertationes continentur, adjecit.

IV. Pro-

IV. Programmata.

§. 31.

1)* Ad audiendam orationem, quam de laudibus excellentissimorum Reip. Hamb. ad Potentiss. Seciæ Regem Delegatorum (Julii Surlandi & Johannis de Som) d. 11. Martii ex memoria dicet Johannes Slüterus, (hodie Syndicus Hamb.) Hamb. 1700.

2) Ad Orationem Sæcularem Fr. Wolfii Rostochiensis, postea Pastoris Morburgensis, de beneficiis in hanc civitatem sæculo elapso effusis. Hamb. 1701. 4. recusum una cum oratione sæculari T. IV. Mem. Hamb. p. 162. ff. Argumentum Programmatis: *De quibusdam ad sæculi numerationem & celebrationem spectantibus.*

3) Ad Orationes, *veteresne recentibus an priscis nostra ætas palmam ingenii concedere debeat?* Prid. Non. Octob. Hamb. 1703. fol. Argumentum Programmatis idem est.

4) Ad Orationem *de Chimæris scientiarum* Henrici Kellinghusen, (hodie J. U. D. & Canonici.) d. 8. Jun. Hamb. 1706. fol. Argumentum Programmatis idem.

5) Ad Orationem inauguralem ipsius Fabricii in Schola Johannea, de caussis contemtus scholarum. Hamb. 1708.

6) Ad

(*) Programmata quibus hoc signum præfixum est, nullum continent argumentum, præter nudum titulum in tabula explicata.

6) Ad periculum oratorium ſeptem Juvenum. Claſſis I. Scholæ Johanneæ. Argumentum Progr. *de Exercitiis oratoriis.*

7) Ad ſpecimen oratorium ſeptem Juvenum Claſſis I. Scholæ Johanneæ d. 16. Octob. 1709. fol. Argumentum Progr. *de Votis mortalium.*

8) Ad tirocinium oratorium quinque juvenum Claſſis I. Scholæ Johanneæ d. 21. Oct. Hamb. 1710. fol. Argum. Progr. *de Deo ex oculi contemplatione demonſtrando.*

9)* Ad Orationem Panegyricam in coronationem Caroli VI. Imp. Hamb. 1712.

10)* Ad Orationem Fabricii & ſeptem juvenum in Jubilæo Gymnaſii. d. 12. Auguſti Hamb. 1713. vide Mem. Hamburg. Vol. IV. ſub init.

11)* Ad Orationem Fabricii & duplicem actum oratorium 22. civium Gymnaſii in Jubilæo Reformationis. Cal. Nov. Hamb. 1717. v. Mem. Hamb. T. V. p. 120.

12) Ad Orationem ſæcularem Johannis Richey, qua decennium memorabile, atque in eo præcipue An. 1528. conſtitutis in hac urbe ſacris Evangelicis nobilem celebrat. d. 28. Octobr, Hamb. 1728. 4. Recuſum in Mem. Hamb. Vol. VI. p. 2. ſſ. Argumentum Programmatis: *de Pulchro & guſtatu bono.*

13)* Ad Orationes 18. Juvenum in Jubilæo Auguſtanæ Confeſſionis. Hamb. 1730.

14) Ad Orationem valedictoriam Petri Stüven Hamburgenſis, de Athenis Saxonicis, d. 13. Mart.

13. Mart. Hamb. 1731. 4. Argumentum: *de amore Patriæ.*

15) Ad Orationem valedictoriam Jo. Dieterici Winckleri, Hamburgensis, de partibus & officiis grati animi erga patriam nobilem. d. 8. Apr. Hamb. 1732. 4. Argumentum: *de grato erga Deum animo.*

16) Ad Orationes Valedictorias Hieronymi Hartwig Molleri Hamburgensis, & Leopoldi Gottlieb Seitz Megapolitani, an Peregrinationes possint esse schola virtutis, prudentiæ & doctrinæ? d. 13. April. Hamb. 1734. 4. Argumentum: *de Theatro an sit schola idonea morum*, ex Poreeo.

V. Vitæ.

§. 32.

1) *Ægidii Gutbierii* Professoris in Gymnasio Hamb. in D. Ge. Henr. Goetzii Elogiis Philologorum Hebræorum p. 5. sq.

2) *Antonii Reiseri* Pastoris ad D. Jacobi Templum; in iisdem Memoriis Theologorum T. I. p. 141. sq.

3) *D. Abrahami Hinckelmanni* Pastoris ad D. Catharinæ vita; in Memoriis Theologorum Henrici Pippingii T. I. p. 597. sq.

4) *Vincentii Placcii* J. U. L. (Decessoris Fabricii) vita; præmissa laudati Placcii Theatro Anonymorum & Pseudonymorum. Hamb. 1708. fol.

5) *Hieronymi Hartwigi Molleri* Consulis Reip. Hamb.

Hamb. Hamburgi 1702. fol. Recuſa Vol. I. Mem. Hamb. p. 360.

6) *Johannis Schultze* Rectoris Scholæ Johanneæ, ſoceri Fabricii. Hamb. 1709. fol. Recuſa Vol. III. Mem. Hamb. p. 578.

7) *M. Conſtantini Ambroſii Lehmanni* per 58. Annos Eccleſiaſtæ & Archidiaconi Doblinenſis & Diœceſeos Oſchazianæ Senioris; in epiſtola ad Filium Petrum Ambroſium Lehmannum, Potentiſſ. Polon. Regi & Elect. Sax. a Secretis legationum. Hamb. 1718. 4.

8) *Bernhardi Mattfeld* Conſulis Reip. Hamb. Hamburg. 1720. fol. Recuſa Vol. V. Mem. Hamb. p. 337.

9) *Johannis Langhans* Senatoris Hamb. & Protoſcholarchæ. Hamb. 1721. fol. Recuſa Vol. V. Mem. Hamb. p, 413.

10) *Balthaſaris Menzeri* Profeſſoris Mathem. in Gymnaſio Hamb. 1727. fol. Recuſa Vol. VI. Memb. Hamb. p. 494.

11) *Jo. Jac. Fabri* Conſulis Reip. Hamburgenſis, nomine C. H. Dornemanni Prof. Math. & tunc Rectoris Gymnaſii, ſed graviter ægrotantis, ſcripta a Fabricio. Hamb. 1729. fol. Recuſa Vol. VII. Mem. Hamburg. p. 134.

12) *Joannis Hübneri*, Rectoris Scholæ Hamburgenſis. Hamb. 1731. fol.

13) *Garlieb Sillem*, Conſulis Reip. Hamburgenſis, Hamb. 1733. fol.

VI. Ora-

VI. Orationes.

§. 33.

1) Oratio inauguralis *de Eloquentia Epicteti*, dicta publice Hamburgi in Gymnasio 3. Cal. Julii An. 1699. Excusa Vol. VII. Memoriarum Hamb. p. 175.

2) *Panegyricus in Carolum VI. Imperatorem* recens electum & coronatum, dictus in templo Johanneo d. 28. Jan. An. 1712. editus in fol. & recusus Vol. IV. Memor. Hamburg. p. 265.

3) Oratio *in Jubilæo Gymnasii Hamburgensis* recitata d. 24. August. Anno. 1713. & excusa Vol. IV. Memoriarum Hamburgensium pag. 1.

4) Oratio *in Jubilæo Reformationis*, habita in Gymnasio Hamb. Cal. Novembr. An. 1717. edita Vol. V. Memor. Hamb. p. 121.

5) Oratio *in Jubilæo Augustanæ Confessionis*, dicta in Gymnasio Hamb. XI. Cal. Jul. Anno 1730. & excusa Vol. VII. Mem. Hamb. p. 97.

VII. Præfationes.

§. 34.

1) Ad librum *Tobiæ*, *Judith*, *Orationem Manassæ*, *Sapientiam & Ecclesiasticum*, græce & latine, cum dictis scripturæ parallelis, *Tabulis Synopticis Heideggeri* & Prolegomenis. *Orationi Manasseæ* subjecta est duplex *Poetica Metaphrasis*, & ad calcem Ecclesiastici

N po-

positum duplex Alphabetum Ethicum *Ben. Siræ.* Francof. & Lipſ. 1691. 8. Dedicatur Protoſynedrio Eccleſiaſtico Saxonico. Interpres latinus libri Tobiæ eſt ipſe Fabricius, libri Judithæ Claudius Baduellus, Orationis Manaſſeæ Vulgatus, Sapientiæ Victorinus Strigelius, Eccleſiaſtici Jo. Druſius. Metaphraſis Orat. Manaſſeæ altera græca eſt Jo. Gothofredi Herrichen, altera latina Balduini Berlicomii. Prolegomena ſunt Hiſtorico-Critica de ſingulis libris.

2) Ad *Jo. Schefferi* Miſcellanea ſeu Prælectiones Academicas. Upſal. ſeu Hamb. 1697. 8. nomine Fabricii non addito. Præf. agit de vita & ſcriptis Jo. Schefferi.

3) Ad *Jacobi Gaffarelli* Curioſitates inauditas Hamb. 1706. 8.

4) Ad *Erpoldi Lindenbrogii* Scriptores ſeptentrionales: (de ſcriptis contentis & Lindenbrogio ejuſque libris) ad *Petri Lambecii* Originum rerumque Hamburgenſium Libros II. (de Lambecio & ejus Origin. Hamb. & ſtudio carpendi Thracigerum) ad *Theodori Anckelmanni* Inſcriptiones Hamburgenſes (auctarium & dedicatio ad ipſum Anckelmannum.) Hi tres libri junctim recuſi ſunt. Hamb. 1706. fol.

5) Ad *Iſagogen* in Notitiam Scriptorum Hiſtoriæ Gallicæ, qua continentur a) *Andreæ du Cheſne* BibliothecaChronologica. b) *Chriſtiani Gryphii* Scriptores Sæculi XVII. c) *Hermanni Diet. Meibomii* Gallicæ Hiſtoriæ

Pe-

Periodi & Scriptores. Hamb. 1708. 8. Dedicata eſt Nicolao Wilkens J. U. Doctori, ubi de tribus his libris diſſeritur. Gryphii diatriba adhuc inedita fuit.

6) Ad *Gothofr. Voigti* Thyſiaſteriologiam, ſive de Altaribus Veterum Chriſtianorum librum. Hamb. 1709. Præmittitur vita Auctoris, & Delineatio Theſauri Antiquitatum Hebraicarum & Eccleſiaſticarum quæ repetitur in Unſchuldigen Nachr. 1709. p. 751. conf. & Giornale de Letterati d'Italia. T. IX. p. 448. ſſ. Dedicata eſt Thyſiaſteriologia Viro Magnifico Rutgero Rulando nunc Reip. Hamb. Conſuli, qui librum manu exaratum benevole communicaverat. Recuſa eſt An. 1714.

7) Ad *Vincentii Placcii* Theatrum Anonymorum & Pſeudonymorum. Hamb. 1708. fol. Agitur in Præf. de cauſis cur nullo aut conficto nomine prodeant ſcripta, & de iis qui Anonymos & Pſeudonymos ante Placcium collegerant. Sequitur deinde vita Placcii. Conf. Acta Erud. 1709. p. 34. Journal des ſavans. 1710. Mart. p. 313. Nouv. de la Rep. des Lettres. 1710. Sept. p. 288. Bibliothecam Fabricianam T. III. p. 138. ſſ. ubi quædam eruditæ in hunc librum Obſervationes.

8) Ad *Jo. Ge. Grævii* Præfationes & Epiſtolas CXX. Hamburgi 1707. 8. recuſas An. 1713. Dedicatæ ſunt Illuſtri Gisberto Cupero, ubi adverſus acerbum ſcribendi genus graviter diſputatur. Conf. curieuſe Bibliothec. III.

 Repo-

Repoſitorium, 10. Fach. p. 854. ſſ. Plures Grævii epiſtolas, quam quæ hic editæ ſunt, ſcio fuiſſe paſſim in Bibliothecis virorum Doctorum Petri Burmanni, Gisb. Cuperi, Omeiſii, aliorum, & ſingulare Volumen epiſtolarum ejus ad Danos ſcriptarum in Bibliotheca Regia Hafnienſi. Taceo illas quæ paſſim in libris editis memorantur. Obtulit & aliquando per literas perſonatus Realis de Vienna Fabricio epiſtolas Grævii ad Viros Principes, Reges, Electores Duces &c. Sed his literis adſcripſit Fabricius, ſe oblatas epiſtolas nanciſci non potuiſſe, quantamcunque operam adhibuerit.

9) Ad *Supplementa* & Obſervationes *ad Voſſium* de Hiſtoricis græcis & latinis, Bern: a *Mallincrot*, Lud. *Nogarolæ*, Chriſtophori *Sandii* & Jo. *Hallervordi*. Hamb. 1706. 8. Dedicatus eſt liber celeberrimo Thomæ Ittigio. Præfatio agit de ipſius Voſſiani libri editionibus, & de his quatuorviris ſupplementi vicem præſtantibus. Conf. Journ. des Savans. 1709. ſuppl. Maj. p. 410. Giornale de letterati d'Italia T. IV. p. 417. T. IX. p. 101. ſſ.

10) Ad *Faſtos Proconſulares* & Conſulares Hamburgenſes (B. Conſulis Gerh. Schrœderi.) Hamb. 1709. fol. & auctiores 1710. fol. Fabricius nomen ſuum Præfationi non addidit.

11) Ad *Pauli Colomeſii* Rupellenſis Opera junctim edita. Hamburgi 1709. 4. Dedicatur liber

liber D. Johanni Volcmaro S. R. Minifterii Hamb. Seniori. Præfatio præter elogium Colomefii, de libris hoc volumine comprehenfis agit. Conf. Journal des Savans 1710. Sept. p. 253. 1709. fuppl. Jun. p. 610. Italiam & Hifpaniam Orientalem Colomefii ex autographo poftea edidit S. R. Jo. Chriftoph. Wolfius. Hamb. 1730. 4. Aliud fupplementum Colomefianorum prodiit Paris 1731. 12. vid. Neue Zeit. 1731. p. 853. Neue Bibliothec P. I. p. 53.

12) Ad *Stephani Clotzii* de fudore Jefu Chrifti fanguineo & animæ ejus doloribus. Hamb. 1710. 4. Præf. agit de vita & fcriptis Clotzii.

13) Ad *Petri Lambecii* Prodromum Hiftoriæ literariæ, ejufd. Iter Cellenfe, *Alex. Ficheti* Arcanam ftudiorum Methodum atque ideam locorum communium, & nunc primum in lucem editum *Wilhelmi Langii* Catalogum MSS. Bibliothecæ Mediceæ. Lipf. & Francof. 1710. fol. Dedicatur Liber Lucæ von Boftel Confuli Reip. Hamb. Præfatio agit de infinito ambitu hiftoriæ omnis & præfertim literariæ. vide Neu Bibliothec P. IX. p. 806. ff. Journal des Savans 1711. Dec. p. 667. Works of the Learned. 1711. p. 476.

14) Ad *Leonis Allatii* Apes Urbanas & *Joannis Imperialis* Mufeum Hiftoricum. Hamb. 1711. 8. Dedicatus eft liber Johanni Louis Hamburgenfi. Præfatio de duplici hoc fcri-

pto exponit. Vide Neue Bibliothec. P. XIII. p. 227. Alia Allatii de Nilis, Pfellis, & libris Ecclefiafticis græcorum recufa funt ad calcem Vol. V. Bibl. gr. cum Præf.

15) Ad *Jo. Henr. Boecleri* Mifcellanea, five varias Differtationes. Argentorati 1712. 4. vide Journal des Savans 1713. Dec. p. 673.

16) Ad *Laur. Ramirefii de Prado* Pentecontarchum, *Alex. Mori* in Novum Fœdus Notas, & *Petri Poffini* fpicilegium Evangelicum, junctim edita fub tit. obfervationum felectarum in varia loca N. T. Hamb. 1712. 8. Dedicantur Joachimo Morgenweg, Paftori Orphanotrophii Hamburgenfis. Præfatio agit de his Triumviris eorumque fcriptis.

17) Ad libros *de vita & morte Mofis* cum notis Gilb. Gaulmini, *Pfeudo-Doroth.* &c. Apofpafmatia de vita Prophetarum, Apoftolorum & Difcipulorum Chrifti, *Ben Siræ* &c. fententias, & *Nicephori Callifti* Menologium Ecclefiafticum. Hamb. 1714. 8. Dedicatus eft liber D. Gerhardo Meiero Diœcefeos Bremenfis Superintendenti. In Præf. rationem reddit inftituti. conf. Acta Erud. 1714. p. 397. Journal des Savans 1715. Maj. p. 540.

18) Ad *de la Mothe-Fenelon* Beweis das ein GOtt fey, germ. a Fabr. converfum. Hamb. 1714. 8.

19) Ad *Matthæi Hale* Betrachtungen über das Vater-Unfer, i. e. in orationem Domini ex anglico germanice converf. a Jo. Werkenthino. Hamb. 1716. 8.

20) Ad *Jo. Mabilloni* iter Germanicum & *Jo.*

Lau-

Launojum de ſcholis celebrioribus. Hamb. 1717. 8. Dedicavit Jo. Dav. Schrebero, ſcholæ Portenſis, & Jo. Henr. Ackero, Lycei Rudolſtadienſis Rectori. Præf. agit de Mabillonii & inprimis Launoji ſcriptis. vide Journal des Savans 1718. Sept. p. 300. Acta Erud. 1717. p. 421. Deutſche Acta Erud. P. LI. p. 218. Journal literaire. T. XI. P. I. p. 168. Neue Bibliothec P. LXVII. p. 271.

21) Ad *Mich. Chriſt. Ruſmeyeri* Erklärung der Briefe Johannis. Hamb. 1717. 4. In præf. diſputat, cur Johannes Servatori fuerit charior, & de Commentariis in ej. epiſtolas.

22) Ad *Jo. Gothofr. Cyrilli* ſive Herrichen Poemata græca & latina, a B. Auctoris Patrueli Auguſto Herrichen collecta. Hamb. 1717. 8. Præfatio continet elogium Poeſeos Herrichii. vide Acta Erud. 1718. pag. 132. Vermiſchte Bibliothec. P. I. p. 74. Hamburgiſche Berichte. 1733. p. 645. Journal des Savans 1720. Jul. p. 38.

23) Ad (*Chriſtiani Schœttgenii*) Curiöſes Antiquitæten Lexicon, aus dem Jüdiſchen, Griechiſchen, Römiſchen und Chriſtlichen Alterthum. Lipſ. 1719. 8. Præf. agit de uſu antiquitatum, & triplici via eas diſcendi, deque Lexicis Antiquitatum, antehac editis. vide Acta Erud. ſuppl. T. VII.

24) Ad *Hect. Gottfr. Maſii* Diſſertationes a Severino Lintrupio collectas. 1719. 4. Nomine ſuo Præfationi non adjuncto.

25) Ad *Andr. Alb. Rhodens* Cimbriſch-Holſtei-

nischen Antiquitæten-Remarques. Hamb. 1720. 4. Præf. docet, non iniquum esse urnas mortuorum effodere hoc consilio, & quinam ex urnis effossis antiquitates illustrarint.

26) Ad *Jo. Frontonis* epistolas & Dissertationes Ecclesiasticas. Hamb. 1720. 8. Dedicatio ad Jo. Andr. Schmidium Abbatem Mariævallensem. vid. Bibl. Anc. & Mod. T. XV. p. 403. Journal des Savans. 1720. Maj.

27) Ad *Matthæi Camariotæ* orationes II. in Plethonem, de Fato, gr. ex MS. Bibliothecæ Lugd. Bat. editas a me cum interpretatione latina. Lugd. Bat. 1721. 8. Adjunxi deinde *Plethonis* ipsius libellum de Fato, ejusdemque & *Bessarionis* Cardinalis Epistolas amœbæas de eodem argumento ex Cod. MS. Bibl. Bodlej. ibid. 1722. 8. Præfatio tradit notitiam de Camariota & scriptis Camariotæ. Vide Acta Erud. 1722. p. 274. Unschuldige Nachrichten 1721. p. 611. Republyk der Gelerden. 1721. Maj. n. 6.

28) Ad vitam *D. Alb. Crantzii*, germanice scriptam, a D. Nicolao Wilkens Archivario Hamb. 1722. & 1729. 8. sed nomen nec Auctor vitæ, nec Fabricius præfationi addidit. Adjecit vero Fabricius huic vitæ Cranzii ejusdem Defensorium Ecclesiæ ex MS. Codice, sibi communicato a Nicolao Staphorst Pastore ad D. Johannis ædem, & Calendarium quod Missali Hamburgensi ejusdem Cranzii, Argentorati 1509. excuso, præmittitur.

28) Ad

29) Ad *Leonhardi Bruni Aretini* Epiſtolarum Libros VIII. præmiſſa Poggii Florentini oratione. Hamb. 1724. 8. Dedicatio ad Jo. Georgium Walchium, de Aretino & ratione hujus editionis exponit. Orationi Poggii ſubjungitur ex Julii Nigri Ferrarienſis Hiſtoria ſcriptorum Florentinorum, notitia ſcriptorum Aretini. Vide Biblioth. Anc. & Mod. T. XXIII. P. II. n. 8. Giornale de letterati. Venet. 8. T. XXXVI. p. 315. Aretini Epiſtolas video poſtea collatas a Fabricio cum Cod. MS. quem ſuppeditavit Joach. Negelein compluribus auctiorem.

30) Ad *Henr. Ludolph. Benthems* Vorſtellung und Betrachtung der Schriften der alten Kirchen-Lehrer, von der Warheit und Göttlichkeit Chriſtlicher Religion. Hamb. 1727. 8. Præf. agit de uſu Patrum, & ſpeciatim Apologiarum pro Chriſt. Religione, deque Benthemii ſententia, Sibyllina contra Fabricium defendente. Vide Auserleſne Theologiſche Bibliothec. P. XXIII. n. 5.

31) Ad *Eliam Schedium* de Diis Germanis cum notis & obſervationibus M. Jo. Jarkii. Halæ 1728. 8. Præfatio comparat librum Schedii cum Seldeni opere de Diis ſyris. Vide Deutſche Acta Erud. P. CXXX. T. XI. p. 753. Unſchuldige Nachrichten. 1728. p. 608. Bibliotheque raiſonée T. I. p. 1. Critique deſintereſſée des Journaux. T. I. p. 39. Memoires de Trevoux. 1729. p. 1698. Novelle d'Abrizzi. 1730. p. 374.

32) Ad *Simonis Vallamberti* vitam M. Tullii Ciceronis Filii. Accedit *Andreæ Schotti* Cicero Pater a Calumniis vindicatus. Hamb. 1729. 8. Dedicatur Jacobo Friderico Reimanno Ecclesiarum Hildesiensium Superintendenti.

33) Ad *Dan. Guil. Morhofii* Polyhistorem. Lubecæ 1732. 4. Præfatio agit de varia methodo tradendi historiam literariam, & ephemerides literarias ordine alphabetico recenset, quam recensionem mox auctiorem dabimus separatim recudendam. Vide Acta Eruditorum 1732. p. 467. Gelehrte Zeitungen. 1732. p. 281. & 1733. p. 119. Journal Historique. 1732. p. 114. C. A. Heumanni viam ad Hist. lit. p. 275.

34) Ad *Antonii Viethens* Beschreibung und Geschichte von Dithmarschen. Hamb. 1733. 4. Præfatio agit de erroribus & subsidiis in hac historiæ parte.

35) Ad *Anton Wilh. Bœhmens* VIII. Bücher von der Reformation der Kirche in Engeland, von Henrico III. bis Carolum I. Altona. 1734. 8. Præf. eos persequitur qui historiam Reformationis Anglicæ tradiderunt, tum Boehmii hac in re virtutes, & ubi de ejus vita plura legantur.

36) Ad *Xenophontis* Buch von dem Landwesen, græce, & germanice conversum a B. H. Brokesio filio juvene, Gymnasii nostri cive. Hamb. 1734. 4.

37) Ad *A. J. Zellii* Erwekte Nachfolge zum Irdi-

Irdiſchen Vergnügen in GOtt. Hamb. 1735. 8. Præfatio continet laudes Philomelæ a variis carmine ſcriptas.

38) Ad *Frid. Chriſt. Leſſeri* Lithotheologiam, germanice ſcriptam Hamb. 1735. 8. Præf. inſtitutum commendat, Aerotheologiam promittit. Librum cum typis exſcriberetur Fabricius ipſe manu ſua correxit.

*) Sine Præfatione ſua recudi juvenis curavit *Ludov. Cappelli* Hiſtoriam Apoſtolicam illuſtratam. Lipſ. 1691. 8.

**) Reliqua quæ B. Fabricius ſcriptis ſuis inſeruit, cum ex Codd. MSS. edita, tum ſua opera recuſa, inveniet B. L. in Indice hujus Commentarii.

VIII. Libri MSS. vel prælo prope parati, vel cœpti, affectique.

§. 34.

1) *In Dionem Caſſium notæ*, juſto Volumine in folio, abſolutæ jam d. 7. Sept. 1726. Scilicet nova & melior editio Dionis jam diu deſiderabatur, in qua fragmenta paſſim reperta editaque locum nanciſcerentur. vid. Hiſt. des Ouvrages des Savans 1692. p. 538. promiſeratque illam præter Huguetanos, Nic. Carminius Falco, Presbyter, is qui tres ultimos libros Dionis ex MS. Codice Vaticano dedit Romæ 1724. 4. & in præfatione, ex duplici Codice Vaticano totidemque Mediceis, Dionem integriorem ſe daturum recepit. Cui adde Scipio-

pionem Maffejum Marchionem, qui in Istoria diplomatica, Mantuæ 1727. p. 18. novam editionem novamque interpretationem scribit se cogitasse in lucem proferre. Verum Amici complures Fabricio confirmarunt, Falconis quidem editionem non sperandam esse, Maffejus vero, cum de Fabricii consilio inaudivit, suum sponte abjecit. Fabriciana igitur quominus jam prostet apud Smithum & Wettstenium Bibliopolas Amstelodamenses celeberrimos, qui eam in se curam susceperant, nihil impedimento fuit, quam quod impetrare a se non posset Vir beatus, ut jam statim græca Dionis omnia a capite ad calcem cum latina interpretatione castigaret, ceteraque, Chronologiam Dioneam & indices plenos atque absolutos simul transmitteret, & quod Bibliopolæ tamen opus nisi penitus perfectum typis se committere posse negarent. Hinc etiam quid perficiendum restet cogitari potest; cui addo, quod Notæ Fabricii ad p. 689. editionis Leuenclavii, hoc est ad ipsius Dionis finem tantum pertingant, Xiphilinum autem & reliqua fragmenta, non magis quam libros III. postremos a Falcone editos illustrent. Optandum quoque esset, ut variæ lectiones & fragmenta ex Vaticanis, Mediceis & Coisliano Codicibus suppeditarentur, quo magis aliquid dignum Fabriciano nomine, & literatorum desideriis exhiberi posset.

2) *In Sirachidæ librum notæ* amplæ, dudum cœptæ, & modico volumine in folio perdu-

ctæ

ctæ ad Caput XX. collectæ partim, ad methodum Synopseos Poli, ex Baduello, Camerario, Clario, Drusio, Grotio, Hoeschelio, partim ab ipso Fabricio concinnatæ, præmisso Prologo & argumentis capitum, quæ leguntur apud Auctorem Synopseos scripturæ inter opera Athanasii T. II. editionis Benedictinorum. p. 173. seq. Græca quoque ad varias editiones & MSS. codices castigantur. Memini me audire ex Fabricio, se gravi morbo inter medium laborem correptum destitisse proposito, quod alias non in Sirachidem tantum sed reliquos etiam potiores Apocryphos simili ratione perficiendum meditatus erat. Unde suspicio est, fuisse hunc laborem fere sæculi hujus initio cœptum.

3) *S. Hieronymus de nominibus Hebraicis*, ordine literarum digestus, hoc est, Nomina propria Hebraica, in sacris literis occurrentia, quorum significatio secundum etymon, præcipue ob studium allegoriæ, passim ab Hieronymo in operibus explicatur. E regione, ex Eusebio, Origine, Philone, aliis, similes græcæ interpretationes ponuntur. Conveniens esse judicabat Fabricius, adjicere hebraica, quæ Philo & veteres Patres in animo habuerunt, ut explicandi ratio appareret; memini vero illum mihi hoc negotii commendare, quod a meo instituto non omnino abhorreret, vidique illud non esse penitus supra vires positum, quanquam licentius allegoriæ studium effecit, ut quamcunque vel remotis-

motiſſimam & leviſſimam ſoni ſimilitudinem, nulla literarum ipſarum ratione habita, veteres arriperent loco etymi; quod cum fecerint ſcientes & de induſtria, immerito quis ſtatim argumentum ignorationis linguæ hebrææ interpretaretur.

4) *Onomaſticon ſacrum Johannis Leusdenii*, variis obſervationibus auctum, Hieronymo commode jungimus. Sunt in illis non tantum philologicæ, ſed & hiſtoricæ, geographicæ, antiquariæ.

5) *Rufini Aquilejenſis Presb. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ab illis temporibus quibus deſinit Euſebius, Libri II.* nempe X. & XI. *notis illuſtrati*, in quibus Rufinus cum veteribus, qui illo uſi ſunt, diligenter confertur, & ex iisdem emendatur, res vero vel confirmantur aliorum teſtimoniis, vel ubi Rufinus minus recte, ut ſolet, meliora afferuntur.

6) *Obſervationes in N. T.* multæ & eruditæ, adſcriptæ Hugonis Grotii Annotationibus, quas ipſas in variis libris N. T. cœpit utiliores reddere. Nam cum loca veterum auctorum, non minus apte quam magno numero admetiatur Grotius, ſed obiter auctores laudet, ne libris quidem, nedum paginis notatis, auſus eſt Fabricius, quod haud ſcio an multi auſint, ex infinita ſua lectione recogitare, & exquirere, ubi ſingula inveniantur, atque, Auctores, libros, editiones, paginas adſcribere. Statuerat Vir beatus ſpecimen harum obſervationum ſuarum dare per ſpicilegium

legium ad Acta Apostolorum, & græca exhibere literis majusculis secundum editionem Tho. Hearnii, Oxon. 1715. 8. e codice Laudiano, & suas atque ni fallor & Grotii observationes ita recensitas adjungere.

7) *Observationum sacrarum specimina quædam* supersunt manu exarata, ad quas in libros & Capita jam distinctas provocat passim, earumque specimina in libris editis hinc inde exhibet. v. g. Bibliothecæ Gr. Vol. V. pag. 74. ss. Cod. Pseudepigr. V. T. p. 114. unde salivam movit eruditis, ut identidem per literas & publice flagitarent quod promisisset; Sicut pariter optarunt Viri docti, ut novam Collectionem Criticorum sacrorum potuisset perficere. vid. Præf. Fabricii ad Ramiresium. Hæ observationes, quatenus ad loca Scripturæ sacræ spectant, sunt longe ampliores superioribus, & præterea ad Patrum quoque & Judæorum loca, variasque res Ecclesiæ extenduntur. Huc referri debent argumenta sequentia: Fragmenta Aquilæ, Symmachi & Theodotionis ad L. I. Samuelis, a Nobilio & Drusio omissa: Irenæi locus de Valentinianis: Origenis contra Celsum loca: B. Augustini Commentarius in primam Johannis epistolam: Loca Hermæ Pastoris, ubi locis Novi Fœderis allusisse videtur: Spicilegium notarum in Historiam Ecclesiasticam Eusebii: Rufinianæ Lectiones in Josephum. Nisi forte quædam horum spectant ad *Commentarios variarum Lectionum*, quos pariter ut

ut obſervationes ſacras admodum juvenis ſcribere inſtituit. Unde factum puto, quod mutata deinde in nonnullis ſententia, ea demum quæ nec maturo judicio diſplicerent reliquis ſcriptis inſerenda, cetera vel premenda vel caſtiganda putaret.

7) *Commodiani Inſtructiones, & Orientii Commonitorium* ex recenſione Fabricii. Scribit de Commodiano in Biblioth. Med. & inf. Latinitatis. *Dignus eſt pius hic & Zelo Chriſti plenus ſcriptor, licet arte rudis, qui etiam poſt Rigaltii & Daviſii præclaram operam a Viro quodam docto penitius excutiatur atque illuſtretur.* Quo loco, ſi jam prorſus perfectum habuiſſet commentarium, aut perfecturum ſe ſperaſſet, non dubitaſſet Lectorem ea de re monere. Verum inchoatus tantum labor eſt; pars tamen ut arbitror Poetarum ſacrorum, quos junctim edere deſtinaverat, antequam, Juvencum, quem ſe editurum in Bibliotheca latina promittit, Omeiſio & Reuſchio illuſtrandum concederet.

8) *Manethonis Dioſpolitani Apoteleſmatica,* ad Ptolemæum Regem, ſive, de viribus atque effectis aſtrorum Libri VI. ex Codice quem B. Hinckelmannus poſſidebat deſcripti, quos græce una cum metrica interpretatione & notis ſuis in lucem dare inſtituerat, ſicut & libri I. verſus 245. typis expreſſi ſunt duobus foliis in 4. Sed quia Cl. Jac. Gronovius hujus rei fama motus præveniendum Fabricio ratus eſt, & hic alia haberet quæ ageret, non

non invitus præverti ſe paſſus eſt. vid. Bibl. Gr. Vol. II. p. 500. Ita ſaltem hoc conatu ſuo perfecit Fabricius, ut a Gronovio æmulo vulgaretur ſcriptor antiquus, quem is jam viginti annos preſſerat, ut a Grævio ſe accepiſſe teſtatur Almeloveenius, quemque tamen, ut auctor eſt Grævius ipſe, Bentlejo petenti negaverat, reſpondens ſe non poſſe cum aliis communicare, quod ipſe publicare decreverit. Sollicitabatur poſtea Fabricius, ut ne Gronoviana quidem editione ab illuſtrando Aſtrologo deterreri ſe pateretur, id quod maxime Perizonius urgebat; quem adeo Fabricius miti ſuo de Gronoviana editione judicio offendit, ut longa epiſtola lenitatem ejus accuſaret.

9) *Eunapii Vitæ Philoſophorum ac Sophiſtarum* collatæ cum VI. Codd. MSS. a Marquardo Gudio, græce & latine cum notis Fabricii, qui & ejuſd. Gudii, tum Nicolai Rigaltii, Hadriani Junii atque Iſ. Caſauboni caſtigationibus MSS. uſus eſt. Tria hujus folia uſque ad pag. 48. typis exſcripta ſunt in 8. ſed typographo moras nectente, quarum vel maxime impatiens erat Vir excitati ingenii, editionem abrupit., nec ipſum opus perfecit.

10) *Jacobi le Long Bibliotheca ſacra, ſeu exegetica, locupletata* non contemnendis acceſſionibus, iis tamen, quibus longe plures addere potuiſſet, ſi hoc voluiſſet ex inſtituto age-

re. Obiter enim tantum & a reliquis laboribus vacuus hoc ſibi ſumſit.

11) *Ad Jo. Adami Scherzeri Syſtema Theologiæ obſervationes* copioſiſſimæ & eruditiſſimæ, utinam ab ipſo Auctore in ordinem redactæ.

12) *Ad Martini Lippenii Bibliothecam Theologicam & Philoſophicam Acceſſiones & Caſtigationes.*

13) *Ad Guil. Cavei Hiſtoriam literariam ſcriptorum Eccleſiaſticorum obſervationes*, in quibus ſunt multæ, jam in Bibliotheca mediæ & infimæ latinitatis vulgatæ.

14) *Indiculus Marianus*, Anno 1733. collectus, in quo omnia quæ de Maria dici poſſunt, aut in ejus laudem & cultum dicta factaque ſunt, aliquot centenis capitibus breviter indicat, neutiquam ut memoriæ amorique ſanctiſſimæ virginis detrahat, ſed ſimul ut ſuperſtitionem & impudentiam Mariælatrarum recentioris maxime ætatis, omnes prope hominum cogitationes excedentem, oculis orbis terrarum exponat.

15) *Melanchthonia*, ſeu ad Hiſtoriam Melanchthonis ejuſque ſcriptorum & rerum geſtarum Collectanea quædam.

16) *De Empedocle Agrigetino ejuſque Philoſophia Collectanea* quædam pauca, quibus vix du-

dubito quin copiosiora fuerint, quæ Vir beatus cum summæ Eruditionis Theologo Jo. Laur. Moshemio communicavit, ut ipse testatur ad Cudworthum p. 19.

17) *Prælectiones MSS.* seu Collegia ut vulgo vocantur, supra p. 53. 54. recensui, quibus adde Prælectiones Historiæ Ecclesiasticæ; ut alia taceam.

18) *Orationes MSS.* De veritate resurrectionis Christi Lips. 1689. habita. De non speranda Ecclesiæ Reformatione post B. Lutherum. ibid. 1690. vid. Christ. Frid. Bœrneri pietatem Academiæ Lips. p. 237. De causis contemtus scholarum publicarum. Hamb. 1708. in schola Johannea. De Methodo latinam linguam docendi Clenardina. ibid. 1709. De Methodo latinam linguam docendi Hofmanniana. ibid. 1710. De tribus Protoscholarchis & aliis V. Scholarchis intra anni proximi spatium exstinctis ib. 1711.



Caput III.

Argumenta Hiſtorico-Critica.

Ex Epiſtolis

Claror. Viror. ad Fabricium.

JANSSONII VAN DER AA.

Van der Aa, eques S. Marci.

„Patruus noſter *Petrus von der Aa*, cujus nomini inſcribere tibi placuit librum tuum conſpectus theſaurorum, jam diu ægrotavit. - - Lubentiſſime tamen ejus conſilio immortales agere tibi gratias pro tua ſumma erga illum benevolentia voluimus. - - Hac itaque Dedicatione tua ſemper illi non minor erit honor, minuſque verum decus, quam quum *eques Divi Marci* per ſereniſſimum Ducem ac Senatum Reip. Venetæ Anno 1713. creatus fuit.„ Lugd. Bat. 1730. d. 8. Octob.

JO. ALBERTI.

Heſychius

„Vellem ſane, *Schrevelium* manus non admoviſſe unquam huic operi (Heſychio) dummo-

(„) Signum hoc ab initio & fine poſitum indicat, me ipſa Auctorum verba adducere, quemadmodum ſingno † prænotantur, quæ meis verbis reddidi aut addidi.

modo ſubſidia quibus uſus eſt ad me perveniſſent. Adeo inſulſus paſſim eſt & ſuſpectæ fidei, quod ipſe ſatis noſti. Præterquam enim, quod editiones non contulerit, verba in textu omiſerit, novas intruſerit gloſſas, turpiſſima Aldinæ editionis vitia reliquerit, quæ jam correxerat Hagenoenſis; corrupit paſſim mutilaſque reddidit optimorum virorum notas, omiſſis non raro quæ omitti non debebant, ut ex ipſo Sopingii exemplari, (ex quo præcipua pars Præfationis latinæ etiam deſumta eſt a verbis: Quisnam fuerit non conſtat &c. uſque ad: Hujus igitur tam eruditi Auctoris &c.) quotidie diſco. Stupide etiam Lemma interdum pro emendatione accepit, notas alienis locis ſubjecit, confudit, Virorum doctorum verbis ſua immiſcuit, notas quæ ex adverſa paginæ parte ſcriptæ erant, ad vocem proximam, ſed plane alienam retulit, ſic ut intelligi non queant, & ipſi Viri docti ob ejus aliquando inſcitiam vapulent.„ Harlemi 1733. 8. Kal. Maj. *Schrevelii.*

„In eo quidem illa *Heſychii editio* (Sevini & Sallierii) a mea differet, ut breviter quæ ad Heſychium emendandum vel illuſtrandum faciant habuiſſemus, præteritis aliorum ut videtur curis, ſi non placerent ſatis. Ego contra, ſeculi morem ſequutus, & doctorum hominum perſuaſiones, ita procedam, ut lector ubique non meis oculis, ſed ſuis uti & confidere queat. Primo enim accuratiſſime confero omnes editiones, nec non ejuſdem *Heſychius Jo. Alberti.*

indolis lexica & gloſſas ut vel minima differentia appareat; deinde retineo notas Schrevelianæ editionis, ſed emendatiores, ſæpe pleniores (maxime Sopingii) ex autographis, & in ſuam ſedem, quod moneo, redactas. His ſubjicio ineditas Doctorum, quæ ad me pervenerunt, notas, vel ex literis ad me datis emendationes, adpoſitis identidem nominibus, ut ipſos illos viros audias, & ipſe judicare queas. Ultimo loco exhibeo, quæ ſparſim in eruditorum libris notata ſunt, indicatis locis, meaſque cogitationes peculiares vel ἐπικρίσεις ſubjicio. - - Plenior etiam comparebit Auctorum index - - Addam quoque Gloſſariolum omnium quæ occurrunt dialectorum & gentium. „ Harlemi d. 18. Decemb. 1733.

Specimina ej. ad Heſych. „Nonnulla jam olim *ſpecimina ad Heſychium* in Periculo Critico propoſui; alia nuper in obſervationibus miſcellaneis - - ſub nomine Gratiani de S. Bavone, mea ſunt; & conjecturæ Heſychianæ in iiſdem etiam proximo faſciculo comparebunt„ ex ead. Epiſt.

† Adde ej. obſſ. ad ſacros novi fœderis libros Lugd. Bat. 1725. 8. & Gloſſarium græcum in novi fœderis libros. ib. 1735. 8. p. 295. ſſ. it. Biblioth. Bremenſem T. VIII. p. 149. ſſ. Scribit 15. Kal. Sept. 1735. ſe nunc in litera E verſari, & recentius 8. Kal. Febr. 1736. ſe mille prope paginas jam profligaſſe. Adhibet vero ad editionem ſuam Vir doctiſſimus ineditas obſervationes Henr. Valeſii, Dan. Heinſii,

Go-

Godofr. Sopingii, Jos. Scaligeri, utriusque Junii, Brunonis, Is. Vossii, Pergeri, spemque habet interea etiam Jo. Sladi, Thomæ Stanleji & amplissimas Jo. Pearsonii annotationes, adde Kusteri quoque, nanciscendi.

„Unum addam, nactum me esse duo insignia κειμήλια, *Nonni* scil. *Dionysiacorum* (1569) exemplar, cum uberrimis notis MSS. ineditis *Dan. Heinsii*; & desideratissimum paucisque notum exemplar *Suidæ* (ed. Bas. 1544.) quibus *Hadr. Junius* suas emendationes & Auctorum loca alleverat; cujus mentionem etiam facis in Bibl. gr. T. IX. p. 636. & Alb. Verlanius, Hornanus, Hadr. Junii ex filia nepos, in dedicatione Poematum H. Junii 1598. 8. Sed quum ipsum illud exemplar pretio redimere non liceret, omnia Juniana in codicem meum retuli & ab interitu vindicavi. Opus sane molestum, & ob minutissimas & per ætatem erosas literas, quas vix interdum vitreorum auxilio adsequi potui.„ d. 8. Kal. Maj. 1733.

Heinsius ad Nonnum.

Junius ad Suidam.

„*Dionis* cum facio mentionem, incidit *locus vexatissimus* p. 2. in fin. ubi ἀφιτρωθείς. Sopingius hunc locum citat in Notis MSS. ad Hesych. v. ἀφικτρὸς, pro quo legit ἄφιτρος, extorris, cum Jos. Scaligero ad Varr. p. 28. ubi tamen malim ἀφιαρός. Vide Hesych. in φιαρὸν suo loco, & post φίδνα. Sed vide num pro ἀφιτρωθεὶς apud Dionem Cassium legi queat ἀφιερωθεὶς, cum respectu ad inaugurationem, vel ea quæ ipsam muneris functio-

Dionis locus.

 nem

nem præcedunt. Ita ſenſus ſibi conſtat, eſtque mutatio leviſſima.

TH. JANS. AB ALMELOVEEN.

Schrevelii Heſychius. „De *incuria Schreveliana* multa forent dicenda. Nonnulla etiam in meo Codice Heſychiano notavi, Schrevelio omiſſa aut non recte obſervata, quæ amico meo Verwey dudum addixeram, nunc tradenda illi qui opus hoc adeo laudabile laborioſum tamen magnopere in ſe ſit recepturus. Conferam ego, quæ a me ipſo aut ab aliis queam corradere.„ Gaudæ d. 5. Kal. Octob. 1692.

Almelov. ſtudium in Fabr. „Scribas velim, num ita te exercueris in Philoſophiæ diſciplina, ut profiteri eam & velis & poſſis. Quod ſi ſic, dabo omnem quam potero operam, ut innoteſcas Academiæ noſtræ Ampl. Curatoribus, quibus ſtat firmiſſime ut audio, alterum in hoc ſtudiorum genere vocare antiſtitem. Hunc ſi te ſalutare mihi liceret, præ lætitia exultaret animus, nihil æque annitens ac Tibi poſſe gratificari, teque propius lateri meo adjungere.„ Harderovici. d. 17. Octob. 1697.

Almeloveenii vita Stephanorum. „Deſideratam diu & propoſitam quietem mihi invidit quidam *Anglus, Michael Maittaire*, qui falcem ſuam in meam immiſit meſſem, edendo vitas, ſeu uti vocat *Hiſtoriam Stephanorum*, quam meam Diſſertationem habeo altero tanto fere locupletiorem. Eam tamen dare eſt animus, ne videar ejus opera deterritus, quanquam multa habeat olim mihi obſer-

ſervata, qui numquam neglexerim diligenter corrigere, quæ ſtemma illud egregium illuſtrare poſſunt aut exornare. Addam adhuc, uti mihi ſaltem perſuadeo, multa, utut omnia ſtuduit occupare, ei nec dum obſervata ac lecta.„ Harderovici d. 8. id. Julii 1709. † Almeloveenii Diſſ. epiſtolica de vitis Stephanorum ad J. G. Grævium Amſt. 1683. 8. prodiit; auctiorem vero illam, quod ſciam, non dedit in lucem, neſcio an morte præpeditus, quæ contigit M. Jul. 1712.

MATTHIAS ANCHERSEN.

„*Annales Hamburgenſes MSS.* B. Sperlingii in Regiam Bibliothecam immigrarunt, mille & ducentis imperialibus redemti.„ Hafniæ d. 24. Sept. 1717. *Sperlingii Annal. Hamb.*

CHRISTOPH. FRID. AYRMANN.

„*Collectionem diplomaticam* meis obſervationibus diſtinctam, lingua patria per partes editurus, inveni tandem in vicinia aures non prorſus occluſas. Sed aliam quoque latina lingua meditor. - - Poſſideo enim egregium rerum ineditarum haud vulgarium apparatum, maximam partem a præſenti interitu per me ereptum.„ Gieſſæ Haſſor. d. 17. Apr. 1734. *Ayrmanni diplomata.*

„Optarem mihi etiam propediem facultatem & occaſionem ad uſum publicum transferendi non pauca, quæ diligentiſſimus Majus noſter poſt fata præmatura in ſchedis reliquit. Bibliotheca enim quam Academiæ legavit, cu- *Maji F. poſthuma.*

ræ nunc meæ commiſſa eſt. Abſolvit prorſus eruditas & laboris plenas in Alciphronem notas, aggreſſus poſtremo eſt Lucianum, nec pauca hunc in finem chartis commiſit, illuſtravit non parum Heliodorum Græcoſque ſcriptores alios, quos extrema ætate diurna nocturnaque verſavit manu, ſpreta propemodum, quam prius magni fecerat, Rabbinorum & Orientalium eruditione. Porro ex Uffenbachiana Bibliotheca codices nonnullos MSS. in ſuam Majus traduxit, qualis eſt Athanaſii Comm. in Pſalmos, Apollinarii Paraphr. Pſalm. cum aliis quæ recenſita ab eo ſunt in Catalogo MSS. Uffenb. p. 481. ſſ. tum Apographum accuratum & a Majo cum aliis MSS. collatum, emendatum, utilibusque notis auctum, ineditæ Anthologiæ Græcorum Epigrammatum, qualis ibidem quoque commemoratur, & cujus nonnulla ſpecimina antehac evulgavit. Inveni inter alia etiam exemplum MS. elegantiſſimorum Epigrammatum latinorum in XII. partes menſium ordine diſtinctorum. Videtur auctor ejus fuiſſe Italus & ſeculo XVI. ineunte vixiſſe. In promtu item eſt vetus codex membranaceus inſignis, qui quidem Hiſtoriam in ſe continet expeditionis Hieroſolymitanæ primæ accuratam & copioſam, eandemque fortaſſis cum illa quæ ſub nomine Roberti Monachi in Bongarſii ſcriptoribus occurrit; ſed video hujus quatuor tantum allegari libros, cum codex ad decimum uſque protendatur." Ex eadem epiſtola.

DAN.

DAN. EBERH. BAHRING.

† Significat, penes ſe eſſe avi ſui Eberhardi Bahringii Commentarium in II. librum Iliados Homeri, cujus prima pars 1644. prodiit, ipſa quoque animadverſionibus manu auctoris adſcriptis aucta. Hunc vero Commentarium Herm. Hardtii judicio luce omnino dignum eſſe. Hanov. d. 2. Aug. 1728. *Comm. in II. Iliad.*

BAVDELOT.

„J'ay une Diſſertation ſur une medaille d'or, conſulaire du cabinet de S. A. R. de Madame, de la famille cornuficia ou j'explique beaucoup de choſes que nos antiquaires n'ont point connus. Je feray imprimer celleci inceſſament avec une lettre adreſſée a Mgr. le duc d'Orleans, ſur une decouverte qu'il a faite touchant ces pierres gravées avec le nom Solon. Depuis un ſiecle & demi nos Antiquaires trompés par ce mot croyoient, que le portrait etoit du legislateur d'Athenes de ce nom. Mais l'on s'eſtoit trompé. Mgr. le Duc d'Orleans me pria d'examiner la choſe, & je trouvai ſa decouverte indubitable, ce que j'etablis par des raiſonnements, par des autorités & par des monuments. On trouve ſur quelques uns ΣΟΛΩΝ ΕΠΟΙΕΙ, ce qui fait voir, que c'eſtoit un graveur, & que cet ouvrier etoit du tems de Dioſcoride graveur d'Auguſte, par la conformité qu'on remarque dans le choix de l'un & l'autre des mémes ſujets *Solon Sculptor.*

ſujets ſur les quels il y a ou le nom de Solon ou celui de Dioſcoride. „ Paris. 5. Octob. 1716.

ERICVS BENZELIVS. Fil.

Poetæ ſacri. „Quod Poetas ſacros junctim edere conſtitutum habeas, valde probo, & quæ in Adverſariis habeo, quibus opera tua juvari poteſt, promtiſſimus communicabo. Illa pariter ſi velis mittam prima quaque occaſione, quæ Cantabrigiæ annotavi, cùm Juvencum cum duobus Codd. MSS. committerem. Editionem Prudentii Heinſianam multis etiam in locis emendavi ex antiquiſſimo Cod. MS. Collegii S. Benedicti Cantabrigienſium, cujus codicis uſum ſibi denegatum fuiſſe, cum illic verſaretur, ait in Præfatione Cl. Heinſius. Euſebii illius, Tathuini & Milonis Monachi Carmina hactenus inedita, & a me in Anglia deſcripta nec Tibi denegabo. Vidiſtin quæ narrat Jo. Pierius in Diſſert. pro ſacerdotum barba, Leodii Anno 1643. p. 37. de Hadriano VI. Pontifice, quod nullum hominum genus majori proſecutus fuerit odio quam Poetas, propterea quod in Diſtinct. XV. Gelaſii Papæ corrupte legeret, venerabilis Viri Sedulii Paſchale opus, quod *hæreticis verſibus deſcripſit*, quum legendum eſſet, *heroicis?* „ Upſaliæ d. 25. Febr. 1702.

Meurſii MSS. „De MSS. Meurſii quod quæris, ſcito, omnia in ferali illo incendio arcis Stockholmenſis pe-

periisse. Paucissima MSS. servata sunt, & impressorum non nisi decem millia circiter.„ ex ead. epistola.

„Ita statuit Lamius s. PereLamy, schismaticum esse Philonem, sed nec provavit, nec ipse credidit, longe alia ipsi mens est de toto negotio quod tractavit in opusculis illis de Sabbatho, aliud scribit, propter metum Judæorum, scis quos intelligam. Arcta mihi cum ipso Parisiis amicitia erat.„ Upsaliæ d. 1. Jun. 1704. *Philo an Schismaticus.*

„Quantum quidem mihi constat, nihil prorsus scripsit ὁ μακαρίτης Laurentius Normannus, præter observationes in scriptores Atticos, imo Græcos dixerim in universum omnes; nullus quippe erat quem non & legerat, & memoriter tenebat. Indices autem in plurimos prælo parati sunt. Optimæ spei filium reliquit, qui credo iis nos olim beabit. Doctissimus Seb. Gothofr. Starkius ubi degit? vellem ipsi communicare Prolegomena, quæ aberant a codice græco, ex quo specimen sapientiæ Indorum veterum expressit, nuper illa reperi in Cod. MS. Sparwenfeldtiano, unde & multa loca corrupta restitui & mutila suppleri possent.„ ex ead. epistola. *Normanni MSS.* *Prolog. ad Sap. Indor.*

„Animus mihi est Anno proximo in Angliam navigare, quo itinere, si velit Deus, novam dabo editionem versionis Evangelistarum Ulphilanæ, quam locis sexcentis, vere non oratorie loquor, ex ipso codice argenteo emen- *Ulphilæ versio Ev.*

emendavi, interpretationem latinam additurus.„ 3. Cal. Maj. 1719.

„Antea ne a Te quæsivi, celeberrime & doctissime Fabricii, num unquam legeris vel in MSS. Codd. sive græcis sive latinis, vel apud Patres Ecclesiæ hoc additamentum commatis 50. Capitis IX. Evangelii Lucæ, quod in Codice Ulphilano reperi, de industria a Fr. Junio & Mareschallo omissum: *Nemo enim est qui non operetur virtutem in nomine meo.* In græco haud dubie fuit: οὐδεὶς γάρ ἐςιν ὃς οὐ ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Conf. Marc. IX. 39.„ Gothob. d. 4. Maj. 1729.

STEPHANVS BERGLER.

Loca S. Empirici. „Quod postulas de *annotatis* meis (*in Sextum Emp.*) ea non sunt ita speciosa ut publicari mereantur. Unum saltem & alterum ut nunc in mentem venit afferam. Pro διαφορούμενον ἀξίωμα, quod sæpius occurrit (v. g. Pyrrh. L. II. §. 112.) legendum puto διφορούμενον ἀξίωμα. Plura sunt p. 266. de quibus aliter sentio. De ἄσπειςος πόλεμος in prima epistola scripseram: (Alicubi erat ἄπιςος πόλεμος, lego ἄσπειςος πόλεμος, id est ἄσπονδος) id verum adhuc puto. Jul. Pollux. I. 150. ἄσπειςοι ἐχθροί. ubi vid. Kühnii nota. Lips. d. 20. Aug. 1718.

Bergleri varia. „Describo nunc viro cuidam celeberrimo (Menkenio) *scholia antiqua in Homerum*, ex Bibliothecæ Paulinæ codice, in antiqua charta & scriptura, ab initio primi usque ad XVII. Ps. 37. Sunt egregia plerumque, occupata in

in ostendendo Poetæ artificio, eruenda doctrina, notandis ad vitam & usum accommodis rebus, in movendis dubiis & objectionibus iisque solvendis, tam crebro, ut vix putem hodiernos Zoilos plura excogitasse: in exponendis obscuris rebus & verbis: nonnunquam & Etymologiæ vocum traduntur, quamvis hæ non semper satis commodæ ut aliunde admista videantur illis egregiis: Grammatici hic non pauci memorantur, quos non inveni in Bibliotheca tua, editiones Homeri præter alias αἱ Σωσιγένους, ἡ Ῥιανοῦ, ἡ κατὰ Φιλήμονα: aliquoties ad editiones omnes provocatur, οὕτως αἱ πᾶσαι. Victorianum codicem aut eadem, aut pleraque communia habuisse cum nostro, colligi potest ex iis quæ ad lib. nonum edidit Hornejus, quod primus indicavi in Actis Erud. recensens Homerum Barnesii. Ex eadem Bibliotheca descripsi nuper *Genesium* Historiæ Byzantinæ scriptorem, latineque verti. Ejus apographum est in Senatoria Bibliotheca, factum a Bosio parum perite & satis negligenter. Scriptor est horridus, incultus, judicii egens. Verti etiam Herodianum, accommodatius ad usum Græca discentium, & fidelius quam factum a Politiano. Hæc omnia dum Herodotus meus jacet, de quo non est mihi jucundum nunc plura scribere, uti nec de Aristophane." ex ead. epistola.

LAM-

LAMBERTVS BOS.

Loca quadam Theophrasti. „Cogitavi ego aliquando, Vir Celeberrime de edendis *Theophrasti Characteribus Ethicis* cum Animadverſionibus Caſauboni. - - Interim moleſte ne feras, ſi nunc conjecturam meam ſuper uno alterove ex iisdem Characteribus loco tibi proponam, tuamque exquiram ſententiam.

In Cap. *περὶ κολακείας*, circa medium: *καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἄκοντος.* Caſaub. ſuſpicatus eſt legendum *ἀκούοντος*, *audiente*, vertitque *in os laudare.* Cl. Clericus A. *Crit.* Tom. II. p. 54. legendum cenſet *ἀκέοντα tacentem*, addens: „ Non modo ſilentium imponit aliis, „ſi loqui velit, & loquutum laudat adulator, „ſed etiam non loquutum, quaſi ſilentium illud eſſet prudentiæ indicium. Verum non ſatis placet mihi hæc Emendatio, tum quia a ſcopo & mente Auctoris, ut mihi quidem videtur aliena eſt, tum quia Poëticum eſt illud *ἀκέοντα*, nec Proſæ ſcriptoribus uſitatum. Ego conjicio, ſcribendum *ἄκοντας*, levi mutatione. Obvius omnino lapſus librariorum eſt ſcribentium - - *τος* pro - *τας*. Simile exemplum obſervatium ad V. D. apud Aelian. V. H. I. 20. ubi *διδόντος* pro *διδόντας*. Senſus verborum Theophraſti hic ut puto eſt. *Quum is aliquid dicit, alios jubet tacere, & invitos eum laudare.*

Cap. *περὶ ἀγροικίας*. ſub fin. *καὶ τὸ ἀργύριον*

δὲ

δὲ παρά του λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάτλεσθαι. Casaub. Λέγων λυπρὸν εἶναι, vel λίαν λέγων λυπρὸν εἶναι. & dein. καὶ πρὸς ἕτερων ἅμα ἀλλάττεσθαι, vel αἰτεῖν ἀλλάτλεσθαι. Sed quod ad prius attinet, illud λέγων videtur mihi commode per ellipſin intelligi poſſe. Quod ad poſterius πρὸς ἕτερον, ego minore mutatione legerim ἑτέρε, h. e. *argentum quod non probat cum alio* (meliore ſc.) *permutare.*

Cap. περὶ ἀναισθησίας. καὶ ὕοντος τȣ̃ διὸς, εἰπεῖν, ἡδύγε τῶν ἄςρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγȣσι πίσσης.

Locus hic, ſi quis alius affectus, & vix ſine ope melioris Codicis MSti reſtituendus. Cleric. A. Cr. Tom. II. p. 78. ita ſupplet: ἡδύ γε τῶν ἄςρων ΦΩΣ· ΝΥΚΤΑ ΑΙΘΡΙΑΝ νομίζειν, ἥντινα οἱ ἄλλοι λέγȣσι ΜΕΛΑΝΤΕΡΑΝ πίσσης. Audax nimis criſis. Ego fateor me adeo lynceum non eſſe, ut hæc intelligam, nec adeo ingenioſum, ut corrupta illa reſtituere valeam. Cogitavi ſubinde an pro νομίζει forſan, legi debeat ὀμιχεῖ, ut idem pene dicat quod ruſticus ille apud Ariſtoph. Nub. pag. 148. ed. Gen. Καί τοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ᾤμην διὰ κοσκίνȣ ἐρεῖν. Sed nunc ἐπέχω.

HENRICVS BRAKER.

† *Locum Suidæ* πτεροφοίτωρ &c. quem Kuſterus difficultate ſumma laborare ait, ſic emendare inſtituit Cl. Brakerus: πτεροφοίτωρ, ὃς ἀτεχνᾶς τάχους ἔχει. Τις γὰρ πτεροφοίτωρ, *Suidæ locus.*

ἐς τὸν ὑπερουράνιον ἱέμενος τόπον &c. Flensb. d. 7. Sept. 1716. Ex altera epiſtola d. 19. Octob. ſcripta intelligo, ſic emendaſſe Fabricium: Πτεροφοίτωρ ὃς τάχους ἔχει. Τίς γὰρ πτεροφοίτωρ, ὡς ἀτέχνως εἰς ἐπουράνιον ἱέμενος τόπον.

JO. FRID. BVRG.

Cyrilli Lexicon. „Vidi ego, cum Bremæ eſſem in Bibliotheca publica, inter reliqua MSS. græcum quoddam in 8. forma, ſub titulo: Κυρίλλου εἰς τὰς ἀπορουμένας λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς, quod niſi me omnia fallunt hucuſque eſt ineditum, quodque forte uſu ſuo in illuſtranda dictione τῶν ἑβδομήκοντα non deſtitueretur, ſi dari poſſet ad illius collationem aditus. *Bremenſis Bibliotheca.* Sed Bremenſes, poſtquam a Chriſtina Regina præcipuis Bibliothecæ ornamentis ſe defraudatos vident, nunc quæ ſuperſunt arctius cuſtodiunt.„ Amſtelod. d. 19. Aug. 1710.

P. C. BVRGMANN.

Lindenius renovatus † Inſtituit ſupplere & continuare *Mercklini Lindenium renovatum*, quod id optari a Fabricio intellexit ex Fabricii Bibl. gr. Vol. XII. c. 7. Præter collecta a ſe a longo tempore, & proprium apparatum librorum, uſus quoque eſt Catalogo Bibliothecæ Celeb. Heiſteri, ab eoque Præceptore quondam ſuo excitatum ſe ſcribit ad opus perficiendum. Mittit Fabricio ſpecimen. Roſtoch. d. 17. Novembr. 1734.

AN-

ANDREAS BVTTIG.

„Quid ſentis, Vir ſumme Reverende, de illa *locutione proverbiali* a Medicis deſumta ap. Sextum Emp. L. I. contra Phyſic. Sect. 154. Χρῆται καρτερίᾳ ὁ τεμνόμενος καὶ ὁ καιόμενος; Memini me apud alios Græcos ſcriptores eam etiam legere. Iſocrates de pace p. 396. edit. Baſil. 1582. 8. ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι, τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν. - - - Ariſtoteles V. Nicomach. cap. 13. τοῦτο δὲ πλέον ἔργον, - - - ἐπεὶ κἀκεῖ - - - καὶ καῦσιν καὶ τομὴν εἰδέναι ῥᾴδιον. Lucianus Apolog. pro merced. cond. p. 504. edit. Salmurienſ. ὥρα τοίνυν μετασκευάσαντας ἡμᾶς τὴν σκηνὴν, ἐμὲ μὲν σιωπᾷν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ &c. ad quem locum conferendus Jenſius in Lectionibus Lucianeis. pag. 276. Ælianus Var. Hiſt. Lib. XI. cap. 11. Ὅτι Διονύσιος ὁ Σικελὸς περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπευδε, καὶ αὐτὸς ἰᾶτο, καὶ ἔτεμε, καὶ ἔκαιε, καὶ τὰ λοιπά. ibi Perizonius, inprimis ad ejusdem Autoris libr. III. cap. 7. p. 180. Diogenes Laërtius III. 85. ἡ δὲ χειρουργικὴ, διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει. ibi Aldobr. Porphyrius L. I. de Abſtinent. pag. 114. edit. Lugd. 1620, ὅπου σπουδάζοντες πάνθ' ὑπομένομεν, τεμνόμενοι, φοινισσόμενοι, καιόμενοι &c. Clemens Alexandr. in Cohortatione ad gentes p. 8. edit Oxon. ᾄδει δὲ ἄλλοις, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς, τῶν νοσούντων σωμάτων, τὰ μὲν, καταπλάττων· τὰ δὲ, κατακαίων· τὰ δὲ, καταντλῶν· τὰ δὲ, καὶ σιδήρῳ διαιρῶν· ἐπικαίων

Sexti Emp. locus.

καίων δὲ ἄλλα &c. S. Aſterius Homilia ad Matth. XIX. p. 69. edit. Antverp. 1615. εἰ δὲ παρέντες τὴν τῶν ἰατρῶν ἐπίσκεψιν, περὶ τὴν τομὴν καὶ τὸν σίδηρον ἀσχοληθείημεν, καθέκαστον &c. „Lipſ. 3. Cal. Maj. 1718.

WILHELMVS CAVE.

Apollon. Pergæus. „*Apollonium Pergæum* adhuc ſub prælo laborare accepi, deeſſe vero ſolummodo Cl. Editoris (Halleji) præfationem, qua abſoluta mox publici juris fiet, at quantum intelligo pretio haud ſatis æquo, quum ultra 400. exemplaria impreſſa non ſunt, quod libri pretium haud parum augebit.„ e Collegio Windeſor. 17. Kal. Febr. 1710.

GOTTLIEB CORTIVS.

Dionis Caſſii locus. „Quæ in *Dione Caſſio* meditaris, ea ut feliciter eveniant precor. Videas velim, ubi Caſſius ille Salluſtii mei meminit, an is *locus* in omnibus codicibus eodem modo legatur; mihi vero *de Gloſſa ſuſpectus* eſt.

MATVR. VEYS. LA CROZE.

Epiſtola Chriſti. „Ad p. 309. (Apocryph. N. T.) *Epiſtola* illa (*Chriſti*) quæ hic memoratur, aut alia non ita diſſimilis, exſtabat etiam apud Chriſtianos Malabarenſes. His enim verbis damnatur in eodem, de quo ſupra decreto Synodi Diamperanæ: (ab Alexio de Menezes Archiepiſcopo Goano, in Diœceſi Angamalæ in montibus Malabaricis Anno Chriſti 1599. habita) Item

Item a carta que chaman de Domingo que fingem deceo do ceo, na qual ſam accuſados os da Igreja Romana por apoſtatas da fe, e por violadores do Domingo. id eſt: Item epiſtola quam de Dominica apellant, & e cœlo delapſam fingunt; in qua accuſantur Eccleſiæ Romanæ ſequaces ut Apoſtatæ fidei & diei Dominicæ violatores. Berolini 4. Id. Dec. 1718. conf. Viri Eruditiſſ. Chriſtianiſmum Indor. p. 170. & 319. edit. germ.

† Hæc cum ſequentibus Tomo ſecundo Apocryphorum non video inſerta, & plura continent, quam ipſe Crozius in Chriſtianiſmo Indorum attulerat.

„Ad p. 316. Verba μὴ προσποιούμενος, (quæ in Hiſtoria adulteræ Joh. VIII. 6. addita ſunt, contra eos qui a Chriſto geſtum ſcribentis tantum ſimulatum putabant) exſtant etiam in duobus antiquiſſimis meis codicibus Manuſcriptis græcis, quos mihi nuper ære meo ex Appendice auctionis Seidelianæ redemi. Quin & in veteri verſione Slavonica leguntur.„ ex ead. epiſtola.

Varia lectio Johan. VIII. 6.

„Ad pag. 381. Hieron. Xaverius luſitanice *Hiſtoriam* illam *Chriſti* ſcripſit, quam in Perſicum ſermonem e Luſitanico vertit Abdel Senarim Caſem Lahoræus, quod ipſe Xaverius agnoſcit ſub finem libri p. 536. Hinc Abraham Whelocus ad verſum primum capitis ſeptimi verſionis Perſicæ Matthæi a ſe cum aliis Evangeliſtis editæ: *Xaverius, ejusque Perſicus non inelegans Interpres.* Etſi Joannes Gravius

Hiſtoria Chriſti Xaverii.

in Præfatione ad Aſtronomica Shah Colgii Perſæ, aliter de eo Interprete merito cenſeat his verbis: *Quæ adhuc edita ſunt, ſive Pentateuchus a Tawushio Judæo, ſive Xaverii hiſtoria a Cl. viro D. Ludovico de Dieu, ea adeo barbare ſcripta ſunt, ut expers plane venuſtatis omnis ſit habendus, quisquis eorum ſolæciſmos judicaverit imitandos.* Ceterum ne Petavius & ejus ſocii dubiæ aut malæ fidei editori Batavo accuſationem intentare pergant, Alexander de Rhodeo ex eadem ſocietate Catechiſmum hiſtoricum edidit Romæ typis congregationis de propaganda fide 1651. linguis Annamitica ſive Tunquinenſi & latina, quo libro Domini noſtri Jeſu Chriſti vita iisdem propemodum fabulis fœdata Neophytis earum regionum legenda & memoriæ commendanda proponitur." Ex ead. epiſt. vid. Chriſtianiſmum Indor. p. 426. ſq.

"Ad p. 774. ad not. i. in ima pagina. Reſpicere videtur Photius ad Acta ſecundæ Synodi Nicææ contra Iconoclaſtas habita, in qua Actione V. duo inſignia fragmenta habentur ἐκ τῶν ψευδεπιγράφων περιόδων τῶν ἁγίων Ἀποςόλων." Ex ead. epiſt.

Menſes Ægyptiorum. "Rerum Ægyptiacarum ſtudio me totum immerſi, & Menſam Iſiacam volvo in omnes partes, ſi forte, quod ſpero, ei & formam anni Ægyptiorum & Decanorum nomina accommodare poſſim. Jam mitto veros menſes illius gentis, perquam accurate deſcriptos a Paulo Erneſto Jablonskio Ægyptiacæ linguæ

peri-

peritiſſimo. Interpretationem nominum miſiſſem, niſi obſtitiſſent unus & alter, in quibus adhuc hæreo. Ceterum id brevi fiet, ita enim hi menſes inter ſe connectuntur, ut aliorum ſignificatio ab aliis omnino pendeat. De Epagomenis quæ addidi, ea concertationem Golii cum Salmaſio de voce NISI ita decidunt, ut Golium recte ſenſiſſe appareat. Certe illa vox ægyptiace dici non poteſt eo ſenſu quem Salmaſius voluit, cum ſit mere Arabica.„ Berolin. Id. Maj. 1720.

„Menſes Ægyptiorum ex Codice Evangeliorum membranaceo Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis ſcripto a Michaele Epiſcopo Damiatenſi Anno Martyrum DCCCXCVI. Chriſti MCLXXX. 1. Thôut. 2. Paôpi. 3. Athôr. 4. Choiak 5. Tôbi 6. Mechir 7. Phamenôth 8. Pharmuthi 9. Paſchons 10. Paôni. 11. Epep. 12. Meſôrê. 13. Pi Abot enkougi * (NB. g. gallicum ante i. & e.) Sic Epagomenæ dicuntur in hoc codice MSto, nec vox NISI uſquam occurrit. Certe Arabica eſt, ut merito Golius Salmaſio demonſtrare conabatur. Ludolfus Commentarii p. 427. *Has Epagomenas menſem parvum a Coptis vocari docet Seldenus.* pag. 247. In excerptis ex Laterculo Ptolemei Silvii apud Bollandum Januarii Tomo primo, in Præfatione generali. p. XLIV. col. 2. *VII. Kal. Septembr. Poſt hunc diem apud Ægyptios quinque dierum epigomenos tertius decimus menſis adjungitur.*„ Ex ead. epiſt.

P 4 GIS-

* i. e. parvus menſis.

GISBERTVS CVPERVS.

Legio Christiana.

„Pag. 251. (Bibl. gr. Vol. 1.) agis de legione Christiana Melitene, & quanquam historiam hanc, ut nosti, refellere conatus sit LaRoccanus, & vix sit ullo modo verisimile integram legionem Christianam fuisse in exercitu M. Antonini, ego tamen tibi accederem, videor enim colligere, te, vir eximie, cum Xiphilino, Tertulliano, aliisque stare; & ita hanc litem componi posse semper existimavi, uti Christiani, quotquot tandem tunc in castris fuerunt, auxilium hoc divinum sibi tribuerint, & eos Deum exaudivisse verisimile admodum est; gentiles vero vel precibus pietatique M. Antonini, vel devotionibus & imprecationibus Magorum; nam quamvis Marcus Magorum opera nunquam usus sit, potuerunt tamen castra sequi, & artes suas exercuisse vel inscio vel permittente in tam grandi periculo Imperatore. Neque enim dubito, quin historia vera sit, magnumque illius testimonium Jupiter pluvius vel καταβάτης in columna Trajani; maxime cum eam defendat Ulricus Obrechtus Dissertat. XVIII. nec non Wilhelmus Wottonus Anglus in Historia Romana a morte Antonini pii usque ad mortem Alexandri Severi, uti didici ex Actis literariis Bernhardi, mensisque Sept. 1704. artic. 1. illud idem faciat, ostendatque Laroccanum male intellexisse Dionem Cassium, & inde dubitasse de tota hac historia. Nam si illa

la plane falſa eſſet, nequaquam puto, Romanos memoriam ejus indituros fuiſſe columnæ Antonini, neque picturos precantem Imperatorem, uti nobis narrat Themiſtius, cujus locus jam mihi diu adductus fuit in epiſtola quadam, qua ago de Rege Perſarum precante & inſignia ſua deponente. Attribuit quidem ille, uti videtur, rem hanc Antonino pio, ſed poteſt indicare M. Antoninum poſt eas preces & placatum Deum *pium* fuiſſe vocatum, quo certe titulo poſt mortem in nummis inſignitur. Neque enim veriſimile mihi tam diligentem virum commiſſurum tam gravem errorem, maxime cum ſcire potuerit pium bella non geſſiſſe, nec inter rationes cognominis ipſi dati, hiſtoriam eam referri." Daventriæ v. Nov. 1705.

"Jam me vocat non tam Bibliotheca latina, quam *Euſtathius in Dionyſii periegeſin*, cujus verba p. 190. ego, quo ſum ſtupore, capere non poſſum: loquitur de Antiochia & ejus ſuburbio Daphne, & caſus ejus recenſet; & quidem ait ταύτην σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ τριαίνης; hoc quid ſibi velit ignoro, niſi ſit locutio proverbialis, deſumta a Neptuno, qui tridente ſuo terræ motus ciere credebatur, quam in rem locus elegans apud Joh. Malelam part. 2. pag. 3. & ita deſignetur ingens terræ motus. De Βουλευτηρίῳ, *Senaculo* vel *Curia* ab Antiocho ibi extructa loquitur etiam Joh. Malela p. 262. Chronog. De cypreſſis a Seleuco plantatis & Heracleæ nomine idem p. 260. Id *Locus Euſtathii.*

 quod

quod ſequitur ὥςε τὸς Αντιοχὸς - - - credo corruptum eſſe, & debere ſcribi Αντιοχεῖς *Antiochenſes*, qui ſcilicet terræ motu non interierant gratias agebant inſcriptione illa poſita *Deo Servatori*; & credo Euſtathium, utpote Chriſtianum, Inſcript. mutaſſe & pro Διὶ *Jovi*, repoſuiſſe Θεῷ. Nam terræ motus hic factus eſt tempore Trajani Imperatoris uti idem Malela narrat p. 359. qui addit, a ſuperſtitibus in Daphne templum fuiſſe conditum & inſcriptum, οἱ σωθέντες ἀνέςησαν Διὶ Σωτῆρι. Apud Euſtathium neſcio quid ſibi velit EN ΘΕΩ, & rogo ut hunc etiam locum examinare velis; quo nomine me multum tibi debiturum profiteor.„ Ex ead. epiſt.

„Acceptiſſima mihi venit epiſtola tua. Nam quamvis breviter agas, tamen facile apparet, te plane dubia illa illuſtrare poſſe, & hic certe vetus illud locum habet: ex ungue leonem. Nullus dubito quin apud Euſtath. in Dionyſ. ſcribi debeat tecum Τραιάνε, eo plane ducit Malela, & uti iraſcor ſtupori meo, quod illud non viderim, ita tibi vir egregie de inventione & reſtituto difficili admodum loco gratulor. Davent. 22. Jan. 1706.

† Hoc judicio confirmatus Fabricius τραιάνε repoſuit in poſterioribus editionibus Bibl. latinæ, poſtremæ quidem p. 606.

Eudæmonici Philoſophi.

„Anaxarchus *Eudæmonicus Philoſophus* memoratur ap. Euſtath. pag. 1273. edit. Rom. ita etiam Athenæo VI. 13. & inde patet, eum ex paraſitis Alexandri ejusque comitem fuiſſe.

Eu-

Eudæmonici vocantur, quia disputabant de beata & felici vita, quam videntur constituisse in deliciis etiam, uti haud obscure patet ex eodem Athenæo Lib. XII. c. 12. Meminit horum Philosophorum etiam Laert. (l. 17.) in prooemio, ubi Aldobrandinus notat, eos ita appellari, quia facultatem habebant, vel dicebant se habere, tribuendæ aliis felicitatis. Laertius scribit eos ita vocari ἀπὸ διαθέσεων, ab affectionibus, nempe animi." Daventriæ d. 13. April. 1706.

"Venerunt epistolæ tuæ mihi acceptissimæ, non secus ac exercitatio critica, qua *crucem in cælo visam a Constantino* contendis esse naturalem & parheliis accenseri debere. Sic igitur statuo, si ad halones solares & parhelios decurrendum est, & EN ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ in cœlo vel aëre lectum non fuit, Romanos & qui a Maxentio stabant, illos etiam fuisse visuros; jam cum Christiani de Cruce & scriptura illa loquebantur, an credibile, gentiles non fuisse risuros ridiculas & falsas narrationes de Cruce & vocibus illis in cælo visis? an Zosimus, qui Constantino & Christianis iniquus est satis, hoc tacuisset? an denique credibile milites ut testes potuisse allegari, si plane hoc fictitium foret, & tanquam pia fraus a Constantino excogitatum? His adde nequaquam constare, Constantinum in aula Impp. ethnicorum & infensissimorum Christi hostium educatum, licet pater Constantius Christianis faverit, ante victum Mexentium fuisse

Crux, Constantino M. visa.

fuisse amplexum religionem Christianam vel ejus cognovisse mysteria; & inde nequaquam verisimile esse, eundem potuisse comminisci ejusmodi picturam & scripturam ab eo visas esse. Quid quod, si hoc excogitavit, totique narrationi nihil veri inest, necesse sit omnino, omnem fere exercitum ejus ex Christianis constitisse, ut ita eos per Christum, quem sibi adfuturum fingebat, ad prælium accenderet. Sed cum hoc nullo modo sit verisimile, ego quidem visam crucem, vel primas nominis Christi litteras, additamque inscriptionem, rejicere plane non ausim.

Notum est satis superque, γραφὴν denotare picturam; sed tamen non puto, quod fiat pace tua, eo sensu vocem hanc usupari Eusebio; quod si ita historicus ille explicandus est, mihi omnino verisimile videtur, eum non additurum λέγουσαν τούτῳ νίκα, sed picturam illam vel coronam designare victoriam; neque enim, ut mihi videtur, ullo modo coronæ visæ in cælo convenit, τούτῳ vel ἐν τούτῳ νίκα; corona quidem est victoriæ indicium, sed nescio an recte dici possit, per coronam, vel ope coronæ visæ aliquem victorem fore; Philostorgius loquitur quidem de iride, vel corona ad instar iridis, sed addit recte ἐδήλου, *designabat*, non autem utitur voce λέγειν, ut ut pictura dici possit λέγειν. Certe corona λέγει loquitur, indicat victoriam, sed non potest, nisi me plane fallo, notare τούτῳ νίκα; quid enim esset *hac corona vince?* Quare te etiam atque

que etiam rogo, ut materiam hanc iterum examinare velis.

Miror autem apud Philoſtorg. editum a Jac. Gothofr. ſcribi, *τὴν τῦ ςρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος ευμένειαν*, *Iris quidem benignitatem in proſtratum & ſuſceptum.* Conatur quidem vir egregie doctus illud explicare de Vetranione; ſed ſi ſententia illius vera, Græca, ſi quid video, reddi deberent, *benignitas proſtrati;* & ſi amplectimur tuam lectionem, unde unde ſumpta ſit, omnia clara, & facilia; quanquam utique mirer quare Philoſtorgius utatur circumlocutione, & *Chriſtum* non nominet. Deinde ſcire vellem, unde hauſerit *Iridem* denotare *benignitatem*, cum contra Serv. 5. Æn. ſcribat, duos eſſe deorum nuntios, Mercurium & Iridem, eum *mitti ad concordiam*, hanc vero *ad diſcordiam;* & inde Nonno lib. 20. Dionyſ. appellatur *δυσάγγελος*; præterea, quare *Chriſti benevolentiam;* niſi forte reſpexerit eo, quod Deus voluerit eſſe Iridem ſignum ſuæ benevolentiæ poſt diluvium.

Certe mihi *γραφὴ* videtur deſignare *ſcripturam;* & ita apud Niceph. 7, 47. hæc vox nullo modo aliter explicari poteſt, ubi de alia in obſidione Byzantii viſa cruce loquitur, & pro *λέγουσα* occurrit *διαγορεύουσα*, & inde *ἐν τούτῳ..* quod forte non incommode explicari poſſet, *per hunc, nimirum Chriſtum, vince*, cujus ſcilicet ſacri nominis in cruce formatæ primæ litteræ in aëre viſæ ſunt; qua de re ago ad Lactant. de Mort. perſecutor. quanquam fatear,

jam

jam ipſo Conſtantini ſœculo, hoc ad crucem vel ipſum ſignum in cœlo viſum, relatum fuiſſe; unde in nummis Conſtantii ſcriptum eſt: HOC SIGNO VICTOR ERIS, non tamen ſimplex crux cernitur ſed in eam formatæ primo binæ divini nominis litteræ. Quæ cum etiam in nummis Conſtantini Magni vel ſimiles plane, vel alio modo formatæ occurrant, ego inde non abſurde videor concludere, non crucem, ſtatuo enim hiſtoriam hanc veram eſſe, ſed primas illas litteras a Conſtantino viſas fuiſſe. Nam ſi alterum accidiſſet, nihil cauſæ video, cur non ſimplicem crucem galeæ & nummis indiderit, id quod eum tamen non feciſſe clare patet ex iis monumentis, Euſebio, & Lactantio. Et forte *ſignum* eo in nummo, & σημεῖον ſignificat *vexillum*, ita ut ſenſus ſit: hoc vexillo, quod notatum eſt Chriſto, vel Chriſti nomine, vince hoſtes. Tuæ autem opinioni firmandæ, aliquo modo inſervit, vir eximie, quod Conſtantius coronam ex auro & gemmis conflatam impoſuerit haſtæ, & in ea τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον; quia inde aliquis poſſet concludere, coronam, victoriæ indicium, viſam, & non voces illas. Sed *coronæ* non meminit antea Euſebius, neque etiam Lactantius, qui procul dubio non eam præteriiſſent. Addidit igitur Conſtantinus coronam, ut honorem haberet Divini Servatoris noſtri nomini. Cæterum interpretes apud Euſeb. lib. 1. c. 31. de vita Conſtant. nobis tradere animadverti, *auream imaginem depictam*

Con-

Constantini; quod mihi tamen plane displicet; nam ita dicendum foret, eam pictam esse colore aurum referente; vel ipsum aurum etiam pictum fuisse; quod utique in Græcis non invenitur, quæ nobis tradunt εἰκόνα χρυσῆν μέχρι ϛέρνων.

Atque ita quidem rogationi tuæ satisfeci; omnemque hanc disceptationem polito & limato judicio tuo relinquo. Si quid illi veri inest, lætabor, sin minus, non scriptam puta, & pati possum, ut in spongiam incumbat. Daventriæ d. 8. Febr. 1707.

„Julianus epist 24. mercibus Indicis & iis, *Persici Seres.* quæ nascuntur in Æthiopum terra jungit merces persarum, καὶ οἱ περσικοὶ σῆρες, quod vertitur *persici seres*, id quod certe ego non capio; crediderim tamen intelligi debere *bombyces*, & vermes, qui serica fila nent, unde apud Hesych. ex emendat. Salmasii, Σῆρες, ζῶα νήθοντα μετάξαν, ἢ ὄνομα ἔθνες, ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσήρικον & iterum Σηρῶν σκολήκων τῶν γεννώντων τὰ σηρικά; & videntur tunc bombyces illi in Persia frequentes fuisse, & ex ea regione delati esse in Græciam & in Rom. Imperium, neque enim puto *vestes sericas* ipsas designari; quod si tibi tamen placet, ego certe nullus repugnabo; sed interpres ad obscuritatem vitandam vertere Græca debuisset, *persici bombyces*, vel *persicum sericum*, quo nomine non modo vestes, verum etiam ipsa serica stamina & subtegmina possunt intelligi; quo-

quomodo & hodie magna vis ſerici ex Perſia in occidentem deportatur.

Inter proverbia Alexandrina edita in præfat. Tomi X. Ant. Græcar. n. 29. occurrit unum, quod equidem valde intricatum eſt; ego ſuſpicabar nonnunquam ſcribi debere: Μισοφόρων διδάσκαλος. Αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν ἐρασμίων καὶ ὑπερηφάνων &c. *Meretricum magiſter* vel *magiſtra: hoc proverbium* &c. quod ut mihi in mentem venerit, fecit Sappho, cujus mox exemplum affertur; & quid ni in re obſcura adeo, liceat hariolari? nec puto te admiſſurum editoris Μινθοφόρος, vel *nomen mulieris*, vel *mentam ferens*.„ Datventriæ 8. Auguſt. 1707.

Scriptores de Alex. M. „Quæ de Alexandro M. Auctoribusque, qui tanti Regis res geſtas literis mandarunt, commentaris, placent mihi mirifice, idque vel eo magis, quia olim in eodem argumento verſatus fui. Nam conſtitueram, id quod etiam moneo in Apotheoſi Poëtarum principis, & quo nomine tibi pag. 206. valde laudor, binis diſſertationibus comprehendere Alexandrum verum & falſum; id eſt, complecti una quæ tradiderunt nobis auctores fide digni & graves de rebus, quas Rex toto terrarum orbe celeberrimus geſſit præclaras; & altera, quæ incredibilia & veritati plane non conſona tradiderunt nobis præcipue medii ævi ſcriptores, atque adeo etiam nonnulli antiqui, imo & ipſi Alexandro æquales; adjeciſſem notas, quas perſuaſus ſum non diſplicituras

cituras eruditis, & tandem digerere Catalogum Auctorum, qui ejus tam pace, quam bello acta, posteritati consecrarunt. Estque penes me *poëta MS. qui Regem celeberrimum canit*, sed literæ tam difficiles lectu sunt, ut desperem plane me cogniturum unquam, quæ nobis ille mirabilia propinet.

Possem autem *Catalogum Auctorum, qui Alexandri res gestas memoriæ mandarunt, augere*; sed nunc tempore excludor; & mittam eorum alio tempore nomina, si intellexero, hanc meam libertatem tibi non ingratam fore. Suntque mihi insuper *Catalogi absoluti* Auctorum, quorum testimoniis utuntur *Zenobius, Diogenianus, & Auctor Appendicis vaticanæ, Scholiastes Pindari, Tzetzes in Lycophronem, Scholiastæ Theocriti, Arati, Germanici, Thucydidis, & Auctor originis Gentis Romanæ*, tandemque *Quintilianus* in Institutionibus, qui ut operosior, ita nondum plane digestus est. Varios horum luce donasti publica, & inde factum est, ut falcem in tuam, vir egregie, messem immittere nolim; quodcunque tamen desiderabis, haud gravate a me feres." Daventriæ 12. Sept. 1707.

† Hunc Catalogum Scriptorum de rebus gestis Alex. M. & reliquos plerosque Indices a Viro summo transmissos servo.

"Procopii Gazæi meminimus; & annon mecum credis, eundem ad lib. 2. Reg. c. 13. *tunicam* καρπωτόν male explicare ἔχοντα καρποὺς *Tunica καρπωτός.*

Q ενυ-

ἐνυφασμένους, *habentem fructus intextos*, & ad πλουμαρικόν, vel *plumarium opus* decurrere, cum καρπωτὸς χιτών ſit tunica manulcata, cujus manicæ ad carpos manuum ſeſe extendebant? Ex ead. epiſtola.

Nummus Theophanonis.

„Miſit ad me Lutetia Pariſiorum Anſelmus Bandurius Monachus Benedictinus argumentum libri quem inſignem parat de Antiquitatibus Cpolitanis, cum quibus vix comparari poterunt illæ quas Ducangius, licet eruditisſimæ ſint, publici juris fecit. Quinque fere numorum millia antea inedita exornabunt opus, ego a ſymbolis fui, & communicavi cum eo pauculos nummos, qui non plane reſpondent Cangianis; ſed quod præcipuum eſt, ſuppeditavi *Græcum Imperatorem*, aliis omnibus quantum equidem ſcio indictum, *Theopanes* vocatur, poſſideoque ejus nummum pulcherrimum & integerrimum. Plurimum tibi debeo, ſi quid lucis illi Auguſto affundere poſſis: „ Daventr. d. 10. Febr. 1708.

„*Theophanes Auguſtus* mihi fere e manibus ereptus eſt ab illuſtri Leibnitzio. Nam cum viro tam præclaro egeram de eodem nummo, iſque mihi ſignificavit, non eſſe in illo pictum Imperatorem ſed *Auguſtam Theophanonem* Romani Junioris conjugem. Vultus fere deletus & contritus facit, ut inde argumentum ſumere non poſſimus, & cum reliqua ornamenta ſint Imperatorum propria, putabam virum nobis exhiberi. Nunc ubi conſidero Auguſtas etiam in nummis Cpolitanis manibus tene-

tenere ſceptrum & globum, ſimilibus capitis tegumentis ac Auguſtos ornari, illas ordinarie Auguſtas, hos *βασιλεῖς* dici in iisdem monumentis, parum abeſt quin manibus pedibus in illam eam ſententiam." Daventr. d. 11. Jun. 1708.

† Sæpiuſcule commemorat *Therapeutas* ſuos. Scilicet Eruditiſſimus Montfauconius Philonem de Therapeutis gallice converſum ediderat, id operoſe agens, ut oſtenderet eos fuiſſe Chriſtianos. Quo libro ad Cuperum miſſo, rogaverat ſimul ut ſuam ea de re ſententiam diceret. Is igitur ſingulis rite perpenſis judicabat, Therapeutas illos fuiſſe puros putos Judæos, idque tot argumentis ex N. T. & diſciplina Eccleſiaſtica primorum temporum vel Apoſtolicorum docuerat, ut juſtus illi inde liber gallice conſcriptus naſceretur. Inprimis videbatur ſibi in Euſebio reperiſſe originem graviſſimi erroris, cujus Beveregius ſe reum fecit. Contra Philaſtrium quoque aſſerentem Eſſenos Chriſtum ut Prophetam aut juſtum hominem expectare. quædam diſputaverat. Quod vero liber iſte Cuperi lucem non viderit, factum puto, ut ipſe Cuperus haud obſcure indicat, quod nonſolum Baſnagius in altera Hiſt. Judaicæ editione T. II. p. 597. ſſ. & 661 - 680. idem argumentum erudite pertractaſſet, ſed & Anonymus Gallus Montfauconii annotationes impugnaſſet, cujus cum Montfauconii reſponſione epiſtola prodiit junctim ſub tit. Lettres pour

Therapeutæ non Chriſtiani.

& contre ſur la fameuſe queſtion, ſi les ſolitaires, appelles Therapeutes, dont a parle Philon le Iuif, etoient Chretiens. Paris 1712. 12. Quanquam habere ſe dicit Cuperus, quæ argumentis Anonymi, cetera cum ſuis probe conſpiratibus, addat. Confer interim de hoc argumento S. R. Wolfium in Bibl. Hebr. P. II. p. 817. ſq. & Fabricium noſtrum Bibl. Gr. Vol. III. p. 113. & in Bibliogr. Antiq. cap. XIII. §. 24. Adde quæ ex eo tempore Jo. Joach. Langius & Frid. Carol. Zinckius ſingularibus Diſſertationibus, & Leonh. Twells in the Critical examination of the late N. T. P. II. p. 79. ſſ. ſcripſerunt.

De Sperlingio judicium.

„An eruditiſſimus *Sperlingius* adhuc in vivis eſt? commercium noſtrum itidem procul dubio rupit ſæva illa peſtilentia; præterea ſenex eſt, & litibus implicitus, adque adeo potuiſſet facile vale dicere rebus humanis; id quod mihi profecto durum foret, quia ſingularem voluptatem capiebam ex erudito commercio, licet ſæpe mihi videbatur eſſe valde *παράδοξος*, uti cum defendebat, veteres Germanos & Sarmatas in caſtris ſuis ſerpentes aluiſſe, quibus hoſtes adorirentur, & inde in nummis inter ornamenta Tropæorum, quæ ob eos victos erigebantur, venenata illa animalia nobis exhiberi; quæ ego contendebam eſſe tubas, quarum ora in ſerpentes vel alia animalia deſinebant. Quod ſi vir eruditiſſimus in vivis eſt, illudque per te intellexero, continuo conabor ſuſcitare mortuum, certe dor-

dormiens (ne videar miracula loqui) noſtrum commercium.

Credo te jam vidiſſe & legiſſe nova Acta Eruditorum, quæ Maſſonos auctores habent, quibus titulus, Hiſtoire Critique de la Republ. des lettres tant ancienne que moderne. Multa profecto egregia illis continentur, & leges ibi etiam epiſtolam, qua veterem Callimachi lectionem contra virum eruditum, qui Philippus Maſſonus eſt, Myſteriorum Divinorum in Eccleſia Anglicana Dordraci interpres, defendi; lege eam, quæſo, & mihi ſignifica, ſi commodum, quid tibi de hac lite videatur. *Ejus etiam eſt Explicatio Pſalmi* 110. *quæ mibi nequaquam placet*, cum ſingulis rite & attente examinatis *ego non niſi D. N. I. Chriſtum in toto illo Pſalmo inveniam*, habeamque perſuaſiſſimum, nullam periodum Davidi vel alii homini nato convenire.„ Daventr. Calend. Jul. 1714. *Pſ. CX.*

„Epiſcopus Adrienſis (Phil. a Turre) mihi etiam donum miſit lucubrationem ſuam *de annis imperii Elagabali;* Valeſchius idem fecit, nec non Vignolius, & *Treſviri illi eruditi me judicem ferunt*. Mihi tantum temporis vacui nondum fuit, ut omne illud quicquid eſt diligenter examinare poſſim. Inſpicio quidem ſubinde libellos illos, ſed materia & ipſa illa rei literariæ lumina majorem curam & attentionem ſibi efflagitant. Spero tamen me id facturum propediem finitis Comitiis, quæ ordines Tranſiſalaniæ hac in ur- *Cuperus judex in Controv. de annis Elagabali*

be celebrant, cum eorum membrum sim.„ Daventr. Non. Aug. 1714.

Pauli Luca itinera. „*Paulus Lucas* jam Cpoli agit, & tertium iter per Macedoniam, Græciam, Asiam, Cappadociam, Syriam, Phœniciam, Palestinam, Ægyptum, Africam, suscipiet. Mercatores consistentes Smyrnæ & in aliis regionibus, tenentur sumtus suppeditare jussu Regis, quod quantopere illis arrideat, tibi vir insignis, do considerandum. „ Daventr. 3. Cal. Januar. 1705.

JO. BAPTISTA DEFOREST.

Apparatus ad Nonium Marcellum. „Agebam tecum (duos ante menses) de nova quam nunc molior, editione *Nonii Marcelli.* Adjumenta adsunt mihi satis multa. MS. Codex vetus e locuplete bibliotheca amplissimi in hoc Divionensi Senatu Præsidis Joannis Buhieri, orbe litterato celebratissimi. Deinde notæ Cl. Salmasii nondum editæ, quas & marginibus editionis Parisiensis 1586. aspersérat & schedis pluribus commiserat, quæ in manus meas venere. Præterea codicem Francisci Guyeti notis refertum habeo ab amicis Parisiensibus, quem habuit Menagius, uti est a te animadversum B. L. p. 768. denique nihil fugere me potest eorum quæ adhuc ab eruditis observata sunt ad Nonium: *indicem enim concinnavi amplissimum* locorum omnium in Græcis Latinisq. Scriptoribus quos Critici vel emendavere, vel illustravere: eum apparo ut in lucem brevi exeat. Juvandis, quod fecisti

ſti hactenus, ſtudiis natus es, vir Præſtantiſſime, & quæ mihi de tua humanitate, legendis tuis libris concepta opinio eſt, non dubito quin id a te impetrem quod poſtulo, ut ſi quid vel in mente vel in mundo ſit tibi, unde ornatior fieri poſſit Nonius & utilior, mecum benigne communicatum velis. Ejus exemplar habes ut parte 2. ſupplementi p.602. ſignificas, cum MS. Palatino collatum a Paræo: alterum item Joſ. Scaligeri manu collatum cum duobus MSS. Codicibus, & a capite ad calcem pluribus ejusdem caſtigationibus & annotatis intuliſti in Bibliothecam Venerand. D. J. Friderici Mayeri, ut narras p. 767. B. L. id arbitror non eſſe ſcriptum a te fruſtra; ſed nimirum admonere ſtudioſos voluiſti, parata hæc in commune præſidia eſſe, ſi quis manum admoliri Nonio cogitaret. Quæſo te per tuam eruditionem, eximie Fabrici; facito quod iſta dignum humanitate eſt. Quidquid iſtis exemplaribus & tuo & Mayeriano adſperſum eſt & notarum & variarum lectionum, jube ab aliquo deſcribi, & huc transmitte ut in uſum veniat Studioſorum, & ad vos non ſine cultu aliquo & acceſſione redeat. Id ſi a te ſemel impetro, faciam ut intelligas bene a te collocatum hoc beneficium fuiſſe. *Claudii Salmaſii* chartas *Salmaſiana.* nactus ſum aliquam multas, & in iis quæcumque ad *Anthologiam* qua ſupplendam qua illuſtrandam e Palatinis olim membranis magno labore deſcripſerat, viſa adhuc nemini;

ea deſcribo, te ut remunerer.„ Divione 5. Cal. Apr. 1723.

„Si tanti ducitis manuſcriptas ejusdem (Salmaſii) notas in Ptolæmei Geographiam & Auctores quosdam alios, in Lucanum obſervationes Guieti, cujus Codicem habeo, faciam omnino ne iis careatis.„ Divione. Calend. Febr. 1723.

RAYMVNDVS DVELLIVS.

Anſelmi Havelbergenſis epiſtola.

„Ingenti me nuper gaudio delibutum reddidit eximium illud opus, quod inſcripſiſti: Bibliotheca latina mediæ & infimæ ætatis. Adeo enim illud deſiderabatur a bonarum literarum cultoribus omnibus, ſperabatur a nemine, ut inter pia deſideria ejus executio potiſſimum habita ſit, quod tu fieri poſſe, egregie comprobaſti. Ego ſi quid ſervire rebus tuis hoc in argumento potero, beatiſſimum me reputabo. Interea ſilentio præterire non poſſum, veniſſe nuper ad manus meas *epiſtolam* venerabilis *Anſelmi Havelbergenſis* Epiſcopi ad Eibertum Abbatem Huisburgenſem, contra eos, qui importune contendunt, Monaſticum ordinem digniorem eſſe in Eccleſia, quam Canonicum, philyrarum, ut ajunt, quinque, hactenus quod ſciam ineditam, quæ ob tractatum his temporibus ſæpius hoc argumentum, & quod ſcriptorem magni ſatis nominis præ ſe ferat, digna mihi viſa eſt, quam fortaſſis, ut feciſti hactenus, in fine alicujus ex tomulis Bibliothecæ hujus ede-

ederes. - - Dabis præter hæc veniam, ut comis & moderatis moribus es, si te ad ea, quæ de *Ænea Sylvio* notasti, moneam, egregie, licet absque ulla tua culpa, deceptum te esse, quum scriberes, *Historiam Gothorum* hujus a Carolo Newen editam esse, quod uti se habeat, in Actis Erudit. Lipsiensibus, dum meam Bigam librorum rariorum recensent, reperies. Quodsi factum fuerit, dabis id veritati potius quam mihi homini ignoto, ut ubi locus fuerit, absque partium studio lectores tuos ejusdem commonefacias. († Scilicet Newenius hanc Historiam ex Cl. Duellii editione, præterito ejus nomine, repetierat. Vid. Acta Erud. 1730. p. 369.) - - Ego ex scriptoribus ordinis nostri, quorum insignem numerum congregavi, eos, constricta in compendium eorum vita, suggeram, quos tibi defuisse, post felicem operis tui finem, deprehendero. „ In S. Poelten Austriæ. d. 30. Septembr. 1735.

Æneæ Sylvii Hist. Gothorum.

JO. GE. ECCARDVS.

„Jam conjectura, quam *super locum quendam Taciti* concepi, Tibi sistenda est. Cluverius in locandis Germaniæ populis sæpius non recte hariolatus est. Fluvii plerumque eorumque nomina verum illorum situm commonstrant. Ita ad Werram sive Visurgis dextrum latus Cherusci, juxta eos ad Alleram usque Fosi, post hos ad Albim usque Longobardi. Infra eos & quidem ad

Tacitus de Germania.

Auam Luneburgicam, jam Ilmenaviam, *Aviones* colloco; qui iis autem junguntur *Reudingi*, debent hoc modo in ericetis Luneburgicis habitaſſe. Suſpicor ferme leviſſima mutatione *Heudingos* nominari debere. Ita ab *heide*, ericeto, nomen haberent. Utinam MS. vetera huic conjecturæ faverent! Habesne inter Criticos tuos, qui hic auxilio eſſe poſſint? poſt Aviones Tacitus ſubjungit Anglos & Warinos. Hi ad Warnam colebant; illi altius in Holſatia. Sed ita non nominavit eos, qui in vicinia veſtra ad exitum Albis ejuſque littus dextrum habitarunt. Hos puto *Gambrivios* a trajectu fluvii *bria* vel *brügge*, & *Cham*, nomine adhuc reliquo in duabus Albis inſulis, dictos. Supra eos fuerint Marſi ubi jam Ditmarſia, & ſupra hos Thuringi ad Sturiam, tum ad Egidoram ſive Dinam Dani Tacito ignoti. In Nortſtrandiam quadrant Ptolemæi *Phiræſi*, & in inſulis, Heiligelandia aliisque jam deperditis, erant Saxones, hoc nomen paulo ante Ptolomæi tempora adepti, idemque vicinis communicates deinde. Sed ad littus Balthici maris ſi reſpicias, iterum non parvum inter Anglos & Warinos ſpatium vacat, quod Wagriam & vicina complectitur. Hic ego *parvam Cimbrorum civitatem*, veterum Cimbrorum reliquias, Tacito memoratam repono. Cimbrorum autem nomen cum a Gallis inditum *ſocium* deſignet, & Plutarchus prodat ſua lingua Cimbros *latrones* dictos; inde ego conjicio vere eos dictos fuiſſe *Uracos*, ſive protractius

ctius *varegos* vel *wargos*. Wargus autem Theotiſce & *wræc* Angloſaxonice eſt *latro, exul, ein avanturier, pyrata*. Hinc mare Balthicum Ruſſi, veteris nominis tenaces, *mare waregicum* adhuc vocant & *Wagriæ* vox inde corrupta reſtat. Uti autem ex *varegus* factum eſt tandem *warengus* & *warangus*, ita & ex *vracus* prodiiſſe credo *Francus*. Francosque poſtea notos a Cimbris originem & appellationem hanc habuiſſe, vero mihi ſimile eſt. Favet, quod veteres ſcriptores nomen hoc a *frech*, ferox deduxiſſe videntur: favet, quod Snorro adhuc non *Francolandia*, ſed *Fracoland* ſcribat. Vicina Wagriæ eſt regio, ubi Ptolomæus *duas Mariones*, Paulus Diaconus & Anonymus Ravennas *Mauringiam* locant, a paludibus, quibus regio Meclenburgica præ reliquis abundat, dictam. Slavi regionem adjacentem *Pomeraniam* deinde, quaſi *regionem prope* terram paludoſam ſive *prope Mauringiam* vocavere. Terræ autem, ubi linea Francorum remorata eſt, proxima fuit Mauringiæ." Hanoveræ d. 11. Nov. 1718.

† Non ſum neſcius, quædam horum paſſim attigiſſe Eccardum ad Legg. Francorum & Ripuariorum, malui tamen uno nexu exhibere elegantes de ora ſeptentrionali Germaniæ conjecturas.

JO. FABRICIVS.

„Filius meus, qui ante triennium & amplius coram te veneratus eſt, ex iſta autem urbe *Memorabilia Italica.*

be vestra in Belgium, Angliam, Galliam & Italiam ivit, per Ungariæ partem, Vindobonam, Pragam, Dresdam, Lipsiam & Witembergam, si Deus vult, ad Penates patrios rediturus, die 31. Julii Florentiæ ad me dedit litteras, quibus tibi, præmissa reverente salutatione, indicari rogat, *Epicteti* Epistolas græcas cum Expositione Simplicii, in Bibliotheca Laurentiana neutiquam reperiri. Ceterum hæc memorat, *Canonicos Verorenses* schedula typis mandata notum fecisse, si quis bibliopola sumtus facere velit, se in parato habere codicem Cassiodori Complexionum in Acta Apostolorum & Apocalypsin, Maffeiano correctiorem & completiorem: *Biscionium*, qui curam gerit Bibliothecæ Laurentianæ, jam occupari in conficiendo ejusdem catalogo: *Salvinium*, quanquam a mense Martio sit ægrotus, & apoplexia sermonem ipsi difficilem reddiderit, prelo paratum habere Oppianum, in versus italicos traductum: *Marmium* tres Tomos collegisse Magliabechianorum ex quotidiana fere cum viro illo conversatione, partim ab ipso Magliabechio recognitos, eosque aliquando in publicum emissum iri: *Gorium* jam prelo commisisse Inscriptiones a Donio collectas, & nunquam editas, quæ nempe in Gruteri, Reinesii, & Fabretti editionibus non exstant, a Reinesio tamen desideratæ fuerunt maxime: eundemque Gorium laborare in edendo altero Tomo Inscriptionum etruscarum:

rum: *Bibliothecam Magliabechianam*, cui jam præeſt Marmius, tanta librorum copia eſſe inſtructam, quanta non facile detur in ulla privata: (ego illam vidi Anno 1675. partim in repoſitoriis, partim in cumulis, qui eunti vix ſpatium dabant) denique pretioſiſſimam Florentiæ oſtendi collectionem *imaginum Paparum Romanorum* apud perilluſtrem Kunenzium, Liberum Baronem germanum: Capita enim eorum, magnitudinis thaleri, artificioſiſſime eſſe compoſita ex margaritis parvulis & lapidibus pretioſis, in lapide lydio: atque hanc ſeriem integram & perfectam eſſe a S. Petro uſque ad Innocentium XII. Urbanum IIX. initium feciſſe hujus collectionis, eamque poſtea ab aliis continuatam.„ Helmſtadii. d. 19. Aug. 1728.

FRANCESCO DE FICORONI.

„Tra l'Iſcritioni di circa 150 con altrettanta Camere Sepolcrali ornate di pittura e muſaici fatte ſcoprire da Franc. de Ficoroni preſſo l'odierna Porta Appia l'Anno 1710. ſono le ſeguenti. *Inſcriptt. Sepulcr.*

TERENTIA. ALBANA
ANN. XXV. MENS. XI.
DIES. XIV. MINVS. QVAM. ANN. XXVI.
EGO. SVM. QVAE. IN. CARINIS. PEPERI. O. DI.
SVPERI. ET. INFERI. O. MATER. MVSERA.

CAR-

CARFINA. M. L. M.:::
VIXIT. AN. XX.:::
IVCVNDA. SVEIS
GRATISSIMA. AMICEIS
OMNIBVS. OFFICIOSA
FVIT.

Q. LOLLIO. PHILARGVRO
PAEDAGOGO. SVO. EVENVS
TI. CAESARIS. AVGVSTI. ET
IVLIAE. AVGVSTAE. SERVOS
EVENVS. OLLAM. ET. LOCVM. DEDIT

D. M.
CALISTO. FILIO
PARENTES *
QVISQVIS. EI. LAESIT
AVT. NOCVIT. SEVERAE
INMERENTI. DOMINE
SOL. TIBI. COMMENDO
TV. INDICES. EIVS. MORTEM **

NOMEN. QVI. RETINES. TV
MAGNVS. ALEXANDER
PALLADIS. INVENTVM
MEDICINALEMQ. LABOREM
QVOT. FECI. STVDIO. PRO
XIMVS. IPSE. MEO
TESTOR. NVNC. SVPEROS. NON

HOC.

* Ita in uno latere.

** Ita ab altero, & sub Fornice Cameræ picta erat figura solis radians sub curru 4. equorum nigri coloris.

HOC. MERVISSE. VIDEBAR
INVOLNOS. GENORIS. QVOT
SVBITO. OCCIDIMVS
I. NVNC. ET. DVBIAS. FATORVM
NEC. LEGE. CLADES
CONIVX. QVOD. POTVIT. TITVLVM
MIHI. REDDIDIT. VNI
VALERIA. VESILLA.

DIS. MANIBVS
DIVPPANEVS. QVI
EVPREPES. STERISSAE. F.
DACVS. V. A. XVIII.
OPTVMVS. SANCTISSIMVS
PIENTISSIMVS. FIDELISSIMVS
SVB. HOC. TITVLO. SITVS. EST
P. ATILIVS. PHILETVS
KARISSIMO. SVO. B. M. FECIT.

DIS. MANIBVS. PIIS. S.
C. OCTAVIVS. MEMOR
OCTAVIAE. NEBRIDI. CONIVCI. LIBERTAEQ.
CONDITA. NEBRIS. HABES. TITVLVM. QVEM
SOLA. MERERIS. OCTAVI. MEMORIS
CONIVX. QVAE. VERA. FVISTI. ELYSIOS
PRECOR. VT. POSSIS. INVADERE. CAMPOS
MATRONAMQVE. COLAS. DITIS. D T:::
::SVE. PREGERIS. DET. SEDES. VO:::
::AS. MERITOSQVE:::
::TVS. VT:::

M. AVRELIVS. SVCCESSVS. AVG
LIB. A. CVRA. AMICORVM. QQ. ET

POM-

POMPONIA. VICTORINA. MAT.
COLL. LIBERI. PATRIS. DD.

L. FVLVIO. L. FIL OVI:::
GAVIO. NVMISIO. PETRONIO
AEMILIANO. PRAETORI
TVTELARIO. CANDIDATO
AVGG. QVAESTORI. CANDID
AVGG. PONTIFICI. PROMAGIS
TRO. SALIO. COLLINO. PRAEF.
FERIAR. LATINAR. III. VIR
MONETALI. AAA. FF. VI. VIR
TVRMAE. I. EQVIT. ROMANOR.
ATTIA. CERVIDIA. VESTINA
MARITO. *

PER. DEOS. SVPEROS
INFERSOSQVE. TE. ROGO. NE
OSSVARIA. VELIS. VIOLARE
M. CALPVRNIVS. M. L. SVLLA
CALPVRNIA. M. L. FAVSTA. LIBERTA.

M. C. D. FRICKIVS.

Locus Josephi. „Cum Dn. M. Wagnero inter alia nuper disserui de *loco* illo *Josephi*, qui reperitur Lib. VI. de B. J. Cap. VII. p. 970. ubi speculatorem tormenta vel potius lapides, queis hostes urbem impetebant, conspicatum exclamasse solitum legimus ὁ ὑιὸς ἔρχεται. Quæ verba ex com-

* In montis Aventini Ruderibus reperta.

communi Judæorum loquela Chaldaica tum temporis usitata, explicabat vir laudatus, quasi nempe speculator clamaverit אבנא אתה, quæ voces duplicem sensum gignunt, *filius venit*, vel, *lapis venit*. Posteriore sensu verba ista accepta & intellecta fuisse a Judæis existimat Wagnerus, priori vero reddidisse illa Josephum, ex ignorantia forte linguæ Chaldaicæ. At enim vero, cum probabile mihi non videatur, Josephum linguam vel Hebræam (juxta quam verba le Moyne p. 573. explicat) vel Chaldaicam ignorasse, te rogatum vellem, ut mentem hoc super loco tuam aperire velis.„ Lipsiæ d. 21. Jun. 1693.

JO. FRICKIVS.

„Quominus ingeniosissimam tuam *de Symmachi versione* conjecturam, qua eandem cum *Samaritico* censes, amplectar, id inprimis facit, quod Eusebius, Procopius Gazæus, Theodoritus & alii toties mentionem Samaritici facientes, iidem tamen Symmachum etiam haud raro in medium producant, nominentque totidem syllabis, non id ut videtur facturi, si pro una versione utramque habuissent. Accedit, quod Samarita quidem fuerit Symmachus, sed non tum cum suam versionem cuderet, quam potius in odium gentis illius scripsit, secutusque Hebræum textum est; a quo tamen τὸ Σαμαρειτικὸν Patribus laudatum semper abscedit, & plurimum cum hodierno Samaritico Pentateucho, qui superest etiamnum, coincidit: e qua difficul- *Samaritanus, Patribus laudatus.*

R tate

tate me quidem ſatis expedire non poſſum, ſi tuam opinionem aſſumam: Lipſ. d. 24. Jul. 1697.

† Ita ſenſit etiam poſtea B. Fabricius, Bibl. gr. Vol. II. p. 337. Quin manu ſua iſti loco adſcripſit hæc: *Jo. Morinus Exerc. 3. in Pentateuch. Samarit. pag. 232. & Jac. Longus Bibl. ſacræ. P. I. p. 213. objiciunt Procopium Gazæum, qui ſub init. Commentarii in Deuteronomion, cum ſemel atque iterum Samariticum exemplar laudaſſet, mox Symmachum laudat. Sed laudat de alio loco Moſis differens. Itaque non abſurdum eſt, jam Symmachi nomine ab eo allegari, quem modo Samariticum vocaverat. Et licet Gazæ fuere Samaritani, quos conſulere potuit Procopius, non facile tamen idem tibi perſuaſeris de tot aliis qui Samariticum laudant, ut Julio Africano, Euſebio, Syncello, Cyrillo Alex. & aliis. Itaque adhuc acquieſco in mea conjectura, quæ probata etiam eſt Rev. D. Mayero p. 207. Hiſtoriæ Verſionis Germanicæ B. Lutheri.* De ignorantia linguæ Samaritanæ inter Patres dominante hæc invenio: *Hieronymum excipio, Hebræa Samaritanorum volumina laudantem & a Symmacho diſtinguentem, Comm. in Galatas, & alibi, & Jac. Edeſſenum qui A. C. 650. floruit, & in ſchol. Syr. ad Joſuæ librum notat, Deut. XXVII. 4. in Samaritanorum exemplari ſcriptum in monte Garizim, pro, in monte Gabalæ. v. Aſſemanus p. 489. Bibl. Orient. T. I.*

Explicatio Inſcriptio- „Memoranda adhuc Monumentorum ſepulcralium, editorum, ineditorum collectio a *Pet. di S. Bartoli* celebri ſculptore Romæ edita;

ta; quæ inter alia monumenta equitem quoque illum, de quo haud ita pridem in Actis Lipſ. ſermo (1696. p. 482. coll. 1698. p. 203.) exhibet, & in præfatione illam ipſam inſcriptionis addit explicationem, quæ tum, cum primum mitteretur, ab Herrichio noſtro data eſt, cujus tamen ne verbulo quidem meminere, ſed Paſtricio tum expoſitionem roganti velut auctori ejus adſcribunt. Lipſ. d. 3. Nov. 1697. *nis Herrichio vindicata.*

„Priuſquam finem epiſtolæ imponam, lubet communicare tecum obſervatum e *Dialogo Origenis*, qui fertur, *contra Marcionitas*, locum, e quo ſole clarius patet, librum eſſe pſeudepigraphum; nempe cum haud procul a fine p. 158. ſeq. orthodoxa rectaque fides deſcribitur: *ἕνα καὶ μόνον θεὸν ὑποδεικνύουσα ἐν ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι· οὐ ξένον, καὶ νόθον, καὶ ἐπείσακτον - - - ᾧ οὐχ' ὕλη σύνθρονος, οὐχ' ἕτερόν τι ὧν οἱ αἱρετικοὶ συκοφαντοῦσι· πλὴν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὁμοούσιος γὰρ καὶ ἀχώριστος ἡ μακαρία Τριάς* Eo minus dubitavi locum apponere, quod ab Huetio indicatum non putem, & ſicco pede videam prætermiſſum a diffidente hyperaſpiſte Wetſtenio. Ex ead. epiſtola. *Dial. contra Marcion. non Origenis eſt.*

„Cyrilli Glaphyra haud ita pridem perlegi. Mirabar, cum haud procul ab initio p. 4. *locum Pauli* Rom. V. 14. prorſus aliter ac hodie legitur, omiſſa ſcilicet negatione, allegatum viderem, *βεβασίλευκε γὰρ ὁ θάνατος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας* &c. Non diffiteor, place- *Locus Rom. V, 14.*

re mihi hanc lectionem; sed cum nuspiam alias in variis lectionibus annotatum repererim, memoriæ lapsum in Cyrillo suspicabar. Postea tamen in Erasmi annotationibus vidi, Origenem quoque, Ambrosium atque Augustinum alicubi ita legisse.„ Ulmæ 29. Sept. 1699. † Cyrilli non meminit Millius ad. h. l.

GE. LUD. GOLDNERVS.

Officium, voc. μέσον. „Expedita ac certa res est de vocabulo *officium*, quod non nisi in bono significatu accipiendum ponendumque putant: Verum μέσον illud esse, & de rebus quoque malis dici posse, confirmat Tullius aliique. Primum id ex *Cicerone* conficio, qui Lib. II. ad Herennium §. 13. ita scribit: Deinde dicemus, *calumniatoris esse officium*, verba & literas sequi, negligere voluntatem. Verum cum de auctoritate hujus libri dubitari possit, nec an Ciceroni libri ad Herennium vindicandi, constet satis, sed adhuc sub judice lis sit, muniam me certæ auctoritatis Scriptoribus. In *Plauto* loca occurrunt quam plurima; notabo pauca: In Pseud. Act. I. S. III. v. 141. sequentia id, quod in quæstione versatur, declarant verba: *Si is non aderit, posse opinor facere officium me meum.* Quis hic loquatur, aut qua de re verba hæc agant, docent commentatores. Taubmannus ad hæc verba ita: *Officium lenonis est perfidia.* In Cistell. A. IV. 5. 1. v. 5. hæc observo: *faciendum est puerile officium*; quæ de re turpi interpretantur auctores. Maxime

me autem omnium huc faciunt, quæ ad v. 19. Act. III. Sc. 1. Pſeud. annotarunt eruditi, proprio ſtudio evolvenda; nunc indicaſſe loca ſufficiet. Invenies autem ibi & aliorum auctorum ſuffragia.„ Vitemb. d. 24. Mart. 1691.

JO. GRAMMIVS.

„Cœterum heu! (patere ſumme Vir, dolores Tecum noſtros communicari) vixit *Comes Daneſchioldius*, & unicum apud nos literarum elegantiorum præſidium crudelitati fatorum ceſſit. Nobis, quibus tantopere vivus favebat, quibus Mæcenatem ſe verum exhibebat, quid relictum credes, quod tanti doloris acerbitati ſolamen afferat? aut quod tanti nominis remedium, ut non infra plagæ dignitatem poſitum eſſe videatur? Atque ille, vigentibus annis (jam enim XXVII. agebat) ea meritorum gloria, iis animi ingeniique dotibus, iis denique virtutibus, quibus ſecula omnes precabamur, funeſto variolarum morbo oppreſſus die XXVII. Februarii exſtinguitur. Teſtor Numen, atque hanc noſtram infelicitatem, talem nos amiſiſſe, quem collapſam apud nos (ſi quæ hic unquam ſtetit) literarum gloriam exemplo ſuo & patrocinio inſtauraturum, non dubia, ſed certa admodum ſpe credebamus: jamque non levia ſpei noſtræ documenta præceperamus, cum ecce interveniens immaturum & præceps fatum illa omnia præcidit.„ Havniæ III. Non. April. 1728.

Elogium Com. Daneſchiold.

Julii Afr. Cesti &c. † *Julii Africani Cestorum* codicem fuse describit ex Wolfii Archiatri Regii Auctione emptum, manu Zachariæ Lundii scriptum, cum ejusdem versione latina, additis in margine Variis lectionibus ex tribus Codicibus Leidensi, Schotti & Meursiano, & interdum Meibomii atque Grimani, adspersisque hinc inde notulis & conjecturis Jo. Meursii. Hæc dum uberius recensenda supplementis Bibl. græcæ reservo, non possum tamen quin sequentia Viri doctissimi & humanissimi verba addam:

„Putabo haud parvum operæ pretium me fecisse hac scriptione, si Tibi, summe Virorum, desiderium excitaverim librum ipsum inspiciendi, magis gavisurus, si aliquando exstimulari posses ad editionem ipsius auctoris, quam profecto temere quis susceperit destitutus subsidiis, quæ penes nos esse credam Te jam agnoscere. Cave autem existimes, cuiquam lubentiore animo, quam Tibi, ac ad primum quidem nutum impertienda. Possum, si ita libet, comites Africano huic dare *Athenæum* περὶ μηχανημάτων, *Philonis Mechanica*, *Bitonem de Instrumentis Bellicis*, *Basilii Patricii Naumachica*, omnes ab eod. Lundio accurate & elegantissime sua Lingua descriptos, & variis lectionibus Codicum Palatinorum, Leidensis, Schotti, Grimani, Bartholini, notatos, adjectis etiam figuris pulcherrime calamo delineatis, sed nulla interpretatione latina. Impera modo, si spes est, *Mechanici veteres.*
tan-

tantum otii qandoque a cæteris occupationibus Tuis futurum, ut horum editioni vaces. Tædiosum futurum, difficilem & insuavem laborem, qui in tali argumento devorandus sit, satis video; scis etiam, quid ea de re Scaliger olim ad Gruterum binis epistolis, videlicet CCCCXX. & CCCCXXI. Igitur cum peritissimus sit oporteat, qui manum istis admovebit, nollem alteri quam Tibi provinciam delegari, atque meas illas auxiliarias cohortes submittere. Alias enim constitutum, in Bibliotheca Academiæ publica, in quam Egregii & meritissimi Viri *Arnæ Magnæi* τȣ̃ μακαρίτου λείψανα ex testamento ejus immigrarunt, hæc nostra & aliquando forsan plura, reponere. Tu vero rem perpende & cogita, & quicquid in nostris facultatibus sit, quo juvari possis, quo delectari, ac unde gratum Tibique deditissimum animum nostrum amplius cognoscere, illico, ubi certiorem feceris, exspecta. Accepi his diebus Petroburgo a Cl. Bayero Regiomontano litteras, quibus inter alia refert, reperta sibi *Phlegontis Tralliani & Julii Africani* χρονολογȣ́μενα, eaque ipsa esse, quæ Scaliger Eusebio suo adjecit. Cum autem nullius mentionem argumenti addat, quo παράδοξον hoc & nemini, nisi qui Reinesio saltem ita opinanti adstipuletur, probabile reddat, Tuam, Vir Celeberrime, sententiam aveo scire, & numquid cognoveris εὑρήματι isti, ad quod mentem erigamus oporteat, inesse? Havniæ a. d. VI. Nov. 1731.

 „Non

Galfridus de Vinosalvo. „Non credo ingratum tibi futurum, si docearis, esse penes me *Galfridi de Vinosalvo Poëtriam* cum Commentario Cl. V. Zach. Lundii, nitidissime, ut omnia ejus, scriptam & editioni paratam. Commentarius iste quadringentas fere paginas implens varia & copiosa doctrina refertus est, & diffusam Viri lectionem testatur. Id vero singulare apud eum reperio, quod auctorem ubique appellat *Gamfredum*, ipsa fronte libri hunc titulum præferente: *Gamfredus de Poëtria nova, perpetuo Commentario illustratus studio Zach. Lundii*, quam tamen appellationem non intelligo quare Vir doctissimus admittere ac tueri voluerit, contra Anglorum omnium inque his Balæi & Pitsei auctoritates, solummodo quia in suo Codice invenerat *recentiore manu adpictum* (sunt ipsius verba) *titulum hujusmodi: Gamfredus de Poëtria nova.* Plura enim scriptionis hujus exempla non producit, * neque alia ad textum habuit subsidia, præter fragmentum quoddam, cujus in Præfat. meminit his verbis: „Habui a Cl. V. Marco Meibomio, jucundissimo quondam meo συνδιαιτητῇ, horum versuum fragmentum quoddam, in vetusta membrana exaratum, ex quo meum Codicem, partim suppleri, partim emendari gaudebam. Cetera, quæ e similibus MSS. exemplaribus reparari posse „cer-

* Quamvis potuisset ad Lilium Gyraldum provocare Dial. V. de Poëtis pag. ult.

„certum eſt, iis relinquere coacti ſumus, qui-
„bus tum hominum, tum temporum injuria
„minus hactenus, quam nobis invidit.„ Lubet etiam hic, Tua cum bona venia, excipere, quæ de auctore in limine Commentarii ſui annotavit Lundius, ſi quid in eis fortaſſe fuerit, quod Seldeni (in Præf. ad X. ſcriptores Twiſdeni *pag. XXXIX. ſeq.*) Polyc. Lyſeri, aliorumque obſervatis addi mereatur:

„Auctor (ait Lundius) dicitur Gamfredus:
„quod nomen videtur idem eſſe, quod Gau-
„fridus, Galfridus, Godefridus, Goffridus,
„Joffredus, Theofredus. Balæo & Pit-
„ſeo vocatur Galfridus Vineſaulf, ſeu de Vi-
„noſalvo. Quorum hic conjicit, id cogno-
„men ei inditum eſſe a vino & vitibus con-
„ſervandis, quod forte modum tradiderit, quo
„vites & vina prius recte inſeri, poſtmodum
„feliciter conſervari, & ſi degenerare incepe-
„rint, rurſus in integrum reſtitui poſſint ac
„reformari. Conjecturam hanc ſuam ſumit
„Pitſeus ex libro quodam MS. hujus argu-
„menti auctore Galfredo, quem Cantabrigiæ
„in Collegio Caji & Gonelli aſſervari comme-
„morat. Addit Balæus ex Jo. Lelando, vide-
„ri eum ex parentibus Normannis in Anglia
„generatum eſſe. Inter Abbates Monaſterii
„Sorani in Sælandia, Gamfredum* aliquem

R 5 „An-

* Nuſquam in noſtris ſcriptis *Gamfredus* vocatur iſte Abbas, ſed *Gaufredus* ſemper.

„Anglum reperio, circa annum æræ Christia„næ c I ɔ cc. sedente Innocentio III. Pontifice „Romano. Mea conjectura est, hunc ipsum „fuisse hujus Poëmatis auctorem: Nam & „tempore prorsus fulciri eam video. Constat „enim floruisse Gamfredum circa annum sa„lutis reparatæ c I ɔ cxcix. sub Rege Angliæ „Richardo primo, tum in Austria captivo. „Cujus Regis ejusdemque captivitatis in hoc „ipso scripto non una fit mentio. Deinde te„statur ipse in carmine *de Curia Romana*, ver„su 249. sibi simile quodpiam munus Eccle„siasticum concessum fuisse a Romano Pon„tifice:

En ego, qui nondum tanto sum dignus honore,
Quo contentus eo, munus ab urbe fero.

„Fuit autem is Pontifex, Innocentius III. „cui ob insignem eruditionem singulariter in„notuit, parario inprimis Cardinale Cajeta„no, quomodo in eodem carmine, de Curia „Rom. versu 685. habetur:

„*Ille tamen, qui me promovit, & ante tribu„nal duxit, & adjecit, flecte, Poëta, genu, Ca„jetanus erat, qui cardinis instar habendus cre„scit, & impositis ædificatur opus.* Et verosi„mile videri potest, Gamfredum a Pontifice „Rom. illud muneris obtinuisse, quod ei hanc „suam Poëtriam dedicasset. . . . Varia scri„psit opuscula &c. (Ni horum catalogum omitto, nam ad verbum transcriptus est ex Pitseo.)

Me-

„Meminere præterea auctoris alii, nomi-
„natim Alanus lib. Floridorum, c. 18. ubi illum
„versum laudat: *Vincit opus verbum, minuit ja-*
„*ctantia famam.* Ex Alano C. Barthius, in
„Animadversionib. ad Claudian. de Bello Gil-
„don. v. 385. Johannes Andreas Bononiensis
„in Glossa ad verbum *Papa*, in Proæmio Cle-
„mentinarum Constitutionum. Malleolus
„Tractat. VIII. pag. 195. Centuriæ Magdebur-
„genses Cent. XII. Wolfius Tom. I. Lectio-
„num memorabil. ad Anno 1199. qui inte-
„grum Gaufredi nostri carmen de Curiæ Ro-
„manæ *statu* ibidem produxit. M. Ant. Pe-
„tilius in Principe Pacis sive Exarchia lib. V.
„cap. 58. item ejusd. libri cap. 90. & lib.
„IX. cap. 52. Lilius Gyraldus de Poë-
„tar. histor. Dial. V. *Fuerunt vero ejus ge-*
„*neris versuum scriptores, & alii plerique, ut*
„*Gamphredus, qui Poëticam novam condidit.*
„V. & Ind. Expurgator. fol. 519.

Hucusque Lundius, cujus conjecturæ, de Abbatia Sorensi in Dania Gaufredi nostri, nihil quicquam tribuendum esse censeo. Fateor quidem, veterem Historiam Daniæ Ecclesiasticam ac inprimis litterariam plurimis defectibus laborare, multosque hic locorum vixisse pro captu istorum temporum non indoctos, quos fama obscura recondit. Attamen mirum foret, si ad eorum numerum Galfridus de Vinosalvo pertineret, ac nullum prorsus apud nos monumentum ingenii sui, usque adeo fœcundi minimeque otiosi, reliquisset:

quiſſet: mirum, ſi, quum tot alios idem ævum celebraverit, Saxonem Grammat. Svenonem Aggonis, Andream Sunonis, Wilhelmum Abbatem S. Thomæ de Paralcito, &c. Galfredum in tanta dignitate conſtitutum, ſi eruditione fuiſſet tam eximia, ac ille *Poëtriæ* conditor, ubivis prætermiſiſſet illaudatum: Mirum denique, ſi magnus Præſul Abſalon, non minus beneficentia in litteratos viros, quam Imperatoria laude celebris, (qui An. 1201. diem obiit, & Sorani Monaſterii fundator ipſe exſtiterat Ann. 1161.) quando tot alios habebat nominis & virtutum ſuarum præcones, ingratum adeo & mutum expertus fuiſſet hunc Abbatem, ſi non alius exſtitiſſet a Poëta noſtro, non parco ſane de ſe bene merentium laudatore. Sed quod Lundii conjecturam funditus evertit, eſt quod ex Notitia Abbatum Monaſterii Sorani, ex Variis apud nos monumentis confirmata, docemur, Gaufredum Abbatem ſediſſe ab An. 1189. uſque ad An. 1213. (nam &, præter alia, Tabula Ciſtercienſium Sorana ſic de eo habet: *Tertius Gaufredus, natione Anglus, viginti quinque annis præfuit, ac poſtea voluntarie deſtitutus, mortem obiit, ſepultus in coemiterio dicti Monaſterii, in eodem ſepulchro, cum Abbate Richardo Eſromenſi.*) Hoc vero quis non videt nequaquam convenire poſſe Galfrido Poëtriæ auctori? quippe cujus, ſi non omnia, pleraque tamen ſcripta ad tempora Richardi Regis Angliæ (Anno 1199. mortui) ſpectare, manifeſtiſſi-

festissimum est, adeoque nullum locum relinqui Monasterii in Dania præfecturæ.

Addo obiter, doctissimum Virum b. m. Arnam Magnæum quondam mihi ostendisse veterem librum, Gregorii Magni quædam, ni fallor, continentem, cujus ad calcem varia adscripta erant metrica, interque ea istud in laudem liquoris Bacchici, parum religiosum, sub Galfridi de Vinosalvo nomine: *Mihi est propositum in taberna mori, Vinum sit adpositum morientis ori* &c.

Verum Galfridi non esse, postea edoctus sum a Camdeno, in cujus Reliquiis (*Remains concerning Britain,*) pag. 327. edit. Londin. 1657. tribuitur Gualtero de Mapes, Archidiacono Oxoniensi, majore verisimilitudine, una cum sequenti ibidem Querela de Interdicto conjugii sacerdotum: *Prisciani regula penitus cassatur, Sacerdos per Hic & Hæc olim declinatur &c.* Nam nihil eorum videtur Galfridi de Vinosalvo ingenium redolere; a quo dubito etiam an quicquam visum sit versibus rhythmicis seu leoninis scriptum. Namque &, existimante Seldeno in Præfat. a X. scriptores p. 39. ideo titulum operi suo fecit *de nova Poëtria, quia de novo ageret tersioreque scribendi genere, respectu scilicet habito ad rythmicum & perquam barbarum genus alterum, quod diu ante in usu fuerat.* Neque is, ut puto, sustinuisset in Papam Innocentium III. ludere tali libertate:

Non

Non eſt Innocentius, imo nocens vere,
Qui, quod facto docuit, ſtudet abolere,
Et quod olim juvenis voluit habere.
Modo vetus Pontifex, ſtudet prohibere.

Verum quod ea rectius referantur ad Gualterum Mapes, ex multis ejusdem, ſimili licentia, eodemque metri genere, ſcriptis, Pitſeo, Wolfio in Memorabilib. &c. laudatis, judicare eſt. Havniæ. a. d. VIII. Id. Nov. 1734.

GABRIEL GRODDECK.

Groddeckii inſtituta. † Ex hujus Viri doctiſſimi epiſtolis familiaribus plurimis ad Fabricium didici, quæ non tantum affecta ſed prælo parata habuerit. An. 1706. d. 29. Aug. ſcribit: *Quantum ad me attinet, ad prælum parata jacent Antonii Galatei opera, Bibliotheca Rabbinica, Apocryphi Judæorum libri, verſio libri Ikkarim R. Joſeph Albo, & quæ ſunt alia.* Antonii quidem illius varia MS. in Bibliotheca Gedanenſi latere conconſtat. Bibliothecam Rabbiniam Groddeckii non eſt quod jam poſt immortale opus Bibliothecæ Hebrææ Cel. Wolfii deſideremus; neque, ut idem Wolfius Præf. T. I. p. 15. teſtatur, inter Groddeckii ſchedas disjectas & male habitas inventum eſt quod huic inſtituto faceret ſatis, credo, quia lue peſtifera una cum uxore abreptus eſt, qua occaſione, ut fit, in chartas quoque ſævitum eſt. Apocryphi illi Judæorum, dodecadem ſcriptorum complectebantur 1. lib. de vita & morte Moſis cum

cum verſ. & notis Gaulmini 2. de morte Aaronis cum verſ. Groddeckii ex MS. 3. Parabolas Sandaler cum verſ. & notis ineditis Gaulmini 4. Librum Enoch cum ejusd. verſ. & notis ineditis 5. Parabolas Regis Salomonis cum verſ. Groddeckii 6. Hiſtoriam Hieroſolymitanam cum verſ. Wagenſeilii 7. librum Eldad haddani cum verſ. Bartoloccii. 8. Fragmentum libri ſapientiæ Salomonis cum verſ. Groddeckii. 9. Fragmentum libri Tobiæ cum ej. verſ. 10. Megillath Antiochus cum ej. verſ. 12. Librum Zerobabel cum ej. verſione. Hæc ſignificat alia epiſtola, ſcripta Lipſ. IV. Id. Maj. 1699. Quæ vero ſuperiori epiſt. de interpretatione libri Ikkarim a ſe ad prælum jam parata teſtatur, vix aliter cum iis quæ apud Wolfium noſtrum T. I. p. 503. invenio, conciliari poſſe putem, quam quod hominum de ſe opinione, ad id quod in animo non habuerat perficiendum, tandem adductus ſit. Idem Schillero Bibliopolæ Hamburgenſi operam ſuam aliquando addixerat, in edendo Alcorano cum Maraccii latina verſione a ſe recenſita & brevioribus notis. Erat enim harum literarum peritiſſimus, ac varios codices Alcorani comparatos habebat. Unde in prima plagula Alcorani Hinckelmanni, a Fabricio tranſmiſſa, ultra 34. vitia Typographi obſervavit, quod Groddeckii monitum ad curatius excudenda reliqua mirifice profuit. Admirabatur vero Hinckelmanni eruditionem, & Præfationem ejus ad Coranum mirifice laudabat,

dabat, in etymologiis tamen vocum peregrinarum ex Arabicis ab eo dissentiens, quippe quas recentius in linguam Arabicam ex peregrinis illatas judicabat. De nova Alcorani versione, quam Schillerus sibi a nonnemine pollicebatur, lepide scribit: *Ego vero certissime persuasus sum, Schif--rum nisi forte per columbam Muhammedicam ipsi inspiretur, nunquam Corani versionem paraturum, nisi talem quæ Postellianæ similis sit, & quidvis aliud potius quam Corani mentem exprimat.* Nescio vero, quis ille sit, cujus paulo post meminit his verbis: *Nisi hoc Schillero arrideat, ad amicum Gallum qui Parisiis degit, ex Judæo Muhammedanum, & ex Muhammedano Christianum, virum in his & aliis literis versatissimum, quem accuratam Corani & Latinam & Gallicam versionem possidere novi, scribam, & utrum illam mihi committere velit, expiscabor.* Ita in ep. Lipſ. 8. Cal. Dec. 1697. Cœterum ex alia ejusdem anni epist. prid. Non. Aug. hæc adjicere liceat: *Propediem venditur nova S. Athanasii operum editio, cui utinam adjecta fuissent, quæ ex Bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi hactenus inedita ego ad editorem miseram, quæ tamen tardius advenerunt.* Sed forte illa ipsa sunt, quæ interjecto tempore prodierunt Tomo II. novæ collectionis veterum Patrum Parif. 1706. fol.

TIBERIVS HEMSTERHVSIVS.

Jamblichi locus „Nunc *de quodam Jamblichi loco* causa mihi apud te est dicenda. Is est Protr. pag. 10. καὶ τὴν

τὴν μὲν ἐπεισιώδη καὶ δευτέραν συνεπομένην ὑπόςασιν &c. Restituis in nota ἐπεσιώδη. Verum est, & Scaligerum sic voluisse, & Grotium ad Matth. VI. 11. exponere, quæ Platonicis dicantur ἐπεσιώδη. Ego equidem, nisi certum intercedat probi Scriptoris exemplum, hanc vocem e græcarum numero lubens expungam, qui non meminerim ἐσιώδης præpositionem sibi adsciscere. Codices hic vulgatæ lectioni calculum adjiciunt, neque immerito. Nam, quod manifeste vincam, legendum est ἐπεισοδιώδη, qualia Philosophi vocant *extranea*, extrinsecus adducta. Quam fuerit huic mendæ ista vox oportuna, & longior pronunciandi tractus ostendit, & Proclus in Theol. Platon. p. 14. 15. 23. 41. &c. „ Franequeræ 12. Kal. Cel. 1718.

„Dionem tuum Cassium hactenus exspectamus. Interea te judicem capere volo cujusdam emendatiunculæ, quæ mihi tum demum vera videbitur, si tuo suffragio fuerit comprobata. Lib. XLIV. p. 245. C. hæc lego: καὶ ἔξω τῶν πραγμάτων ὄντες τὰ γιγνόμενα ὥσπερ ἀπὸ σκιᾶς καθεώρων. Duram sane locutionem, cujus ut puto exemplum frustra quæras: mihi ut hanc difficultatem emollirem corrigendum videbatur, ἀπὸ σκοπιᾶς. Pluribus hoc ad Jamblichum tuum, sic jure merito voco, firmavi. Nosti illud Archytæ in ejus Protreptico: ἔτι δὲ καλὰν σκοπιὰν εὑρηκέναι, ἀλλ' ἃς δυνατὸς ἐσσεῖται &c. „ Franequ. 7. Kal. Nov. 1730. *Dionis Locus.*

† Fabricius repoſuerat locum Plutarchi, de pugna navali ſpectata a Xerxe, ſedende ὑπὸ σκιάδι χρυσῆ in Themiſtocle p. 120. Sed hunc locum ſibi ſatisfacere negat Vir Eruditiſſimus, cum aliud ſit σκιὰς quam σκιά. Spero tamen me ab humanitate ejusdem mihi ſatis experta impetraturum, ut addi patiatur alium locum magis aptum ap. Antoninum XI. 24. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν, igitur peregrini ex umbra ſpectabant. Is enim locus erat non modo tutus a ſole, ſed & honoratior. Romani vero in Theatro umbraculis velorum tecti pugnas gladiatorum ſine incommodo & periculo intuebantur; unde hæc proverbialis locutio petita apud Dionem, ad Tribunos loco motos applicatur, qui jam non amplius ipſi in arena civili digladiabantur, ſed inſtar ſpectatorum in theatris certamina aliorum tuti ſpeculabantur. Umbra pro umbraculo, apud Feſtum: *Umbræ, vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis.* Qui locus in memoriam revocat dictum Eſ. XXV. 4. ubi Propheta ad Deum: *tu es* (afflictis) *umbra ab æſtu,* ubi צל umbra pro umbraculo poni videtur.

S. H. HINZ.

Jo. Faes poſthuma. † Mittit Catalogum poſthumorum opuſculorum *Joannis Faes*, quæ aſſervantur a Reverendo Clem. Diecmanno Paſtore Leſumenſi. Sunt autem hæc. 1) De Sanguine Chriſti. plagg. 139. 2) De Primitivæ Eccleſiæ Infantatio-

tatione Neophytorum, per concordiam lactis & mellis, aut vini prægustati, olim peracta, Libri III. plagg. 71½. 3) Theses emissariæ Historicæ, Philologicæ, Criticæ, Philosophicæ, Theologicæ. plagg. 115. 4) Liber Baro Samuel Puffendorffius, de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem, libro singulari observationibus Theologico-politicis illustratus. plagg. 111. 5) Interpres genuinus mentis de adoratione vulnerum Christi, ad Christophorum Holtzhausen. plagg. 8½. 6) Idem ab exceptionibus Christophori Holtzhausen in epistola responsoria datis, defensus. plagg. 12½. 7) Vindiciæ suorum de vulneribus Christi scriptorum, adversus Jo. Nicolaum Jacobi. plagg. 40. 8) Exercitatio de Strenis. plagg. 11. 9) Exercitatio de clavibus veterum, quæ una ex reliquis, B. Fabricio data dono, jam penes me est.

JO. ADOLPHUS HOFFMANNUS.

† Sæpiuscule in suis literis meminit sui *Justini Martyris* in Anglia excudendi apud Richardum Smith Bibliopolam Londinensem, qui jam eum in finem publicaverat Proposals for publisching a new and complete Edition of all the Works of Justin Martyr in 1. Volume in Folio by J. A. Hoffman. Subjungitur specimen ex Oratione ad Græcos, cum versione emendata & notis. Notæ MSS. conficiunt justum volumen in fol. maximamque operam posuisse videtur Auctor in Dialogo *J. A. Hofmanni posthuma.*

cum Tryphone Judæo, quem ſpirare magnam Judaicarum rerum & opinionum notitiam, ubique ſatis erudite demonſtrat. Præmiſit quoque amplam Diſſertationem de vita & ſcriptis Juſtini, & verſione LXX. Interpretum ab eo uſurpata, nec non vindicationem Juſtini. Idem reliquit affectum *Commentarium in Epiſtolam ad Romanos* uſque ad Cap. VIII. tum *varias obſervationes ſacras ad N. T.* collectas ex Platone, Jamblicho, Homero, Philoſtrato, Laertio, Xenophonte, Athenæo, Æliano, Polybio, Lyſide, Luciano, Ariſtotele, Pauſania, & cum ad ſtylum tum ad res ſpectantes. Hæc omnia penes me ſervo, in quibus ſunt non inficiandæ diligentiæ & ingenii documenta, quæ inde cum ſelectu & conciſe excerpta prodeſſe poſſent. Natus eſt Auctor Plœnæ, & privatus vixit, quanquam non defuiſſet ad honores occaſio, cum ob ſuavitatem morum & excitatum dicendi ſcribendique genus paſſim valeret gratia apud ſummos Viros; ſtudiis tamen & moribus variorum nobilium præfici ſe paſſus eſt, cum quibus etiam plus ſimplici vice Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Italiamque peragravit, denatus tandem Hamburgi d. 17. Nov. 1731. poſtquam in lucem emiſiſſet germanicam interpretationem Ciceronis de officiis. Hamb. 1727. 8. ſimilemque Marci Antonini ad ſe ipſum, cujus tertia editio prodiit. Hamb. 1735. 8. tum libros duos de Tranquillitate animi, germanice, Hamb. jam ſeptimum recuſos in 8. denique obſervationes

nes politicas, Traj. ad Rhen. 1719. 8. & ex latino in germanicum verſas. Hamb. 1725. 8. Taceo Comment. in Jobum. germanice Hamburg. 1734. 4. & ſymbolas plurimas ad Patriotam Hamburgenſem.

JO. JARKIUS.

„Vienna Keyſlero notum fecit Illuſtris de Bæhr, ſe MStam *Eliæ Schedii Hiſtoriam Mecklenburgicam*, quam magni æſtimat, nactum eſſe." Stadæ d. 26. Jan. 1727. *Schedii Hiſt. Meckl.*

RUD. IBBEKEN.

„Inter Schelwigium & Schultzium ſi non pax, certe induciæ. Non deſunt, qui hæc otia accepta referant *Weikhmanno*, qui & acerrimas de Senioratu ſimultates adventu ſuo ſuſtulit, & ad humanitatem atque charitatem inſigni præit exemplo. Multum ille diſtat a Kyhnio, in cujus locum ſucceſſit, qui conciliationem noſtræ fidei cum Romana non annorum, non menſium, non dierum, ſed horarum imo horæ negotium eſſe putabat. Eſt in Weickhmanno hoc plane ſingulare, quod quae in divinis literis, inque divina doctrina abſtruſſiſſima ſunt, maximeque recluſa, ea ille ſic aperit, ut omnibus pateant. Atque ob eam cauſam ingens fit omnium hominum ad eum audiendum concurſus." Gedani. IV. Kal. Maj. 1706. *Weickhmanni Elogium*

CHRISTIANVS JVNCKERVS.

Hist. Eccl. ex nummis „Id ago, ut *Historia Ecclesiastica*, tum prisca, tum nostri ævi, ac litteraria etiam, ad eum morem, quo vita Lutheri exposita est, *numismatum monumentis* peculiari opere illustretur. Quam in rem, præter eas quæ jam collectæ sunt, plures etiam imagines ex urbe Roma fuerunt huc missæ." Isenaci d. 15. Apr. 1709.

FRID. ERN. KETTNERVS.

Locus 1 Joh. V, 7. † De suis *vindiciis novis & Historia dicti* 1 Joh. V. 7. ad Fabricium scribit, & importunos sibi censores natos esse queritur; quem Fabricius singulari epistola, cujus exemplum adjectum reperio, admonet ut hos Zoilos silentio & contemtu ulciscatur, erigitque adscripto benigniore judicio Jesuitarum Trevoltiensium 1714. Febr. p. 216. simul autem quid ipse *de præfatione in Epistolas Canonicas Hieronymo tributa*, atque de argumento inde ad dictum Johanneum translato sentiat, exponit: „ Ut porro & ipse, quid *de illa præfatione in Epistolas Canonicas* mihi videtur, paucis perscribam, fateor neutiqam apodictica esse argumenta quibus S. Hieronymo illa eripitur. Etiam sub Hieronymi persona scriptam ad Eustochium, & Hieronymo tributam a Correctoriorum Biblicorum scriptoribus, a Lira aliisque, & ante hos in non paucis Codicibus Lati-

Latinis qui aliquot ſæculorum ferunt ætatem, lectum ſub Hieronymi nomine, neque quicquam ratione dictionis continere Hieronymo indignum, vel quod ſcribi non potuerit ab Hieronymo, manifeſtum eſſe exiſtimo. Tamen perquam probabile faciunt, quod prologus hic ſit Hieronymo ſuppoſitus, quoniam neutiquam conſtat locum illum celebrem S. Joannis de tribus in cœlo teſtibus ab Hieronymo lectum fuiſſe, quo nusquam Hieronymus utitur, quod feciſſet utique, ſi ut ſcribit Auctor prologi, catholicam fidem eo maxime roborari credidiſſet. Et in quam plurimis MSS. Bibliorum latinorum vel deſideratur prorſus, vel diverſimode ſcriptus aut non uno loco inſertus legitur, quandoque etiam a recentiore manu: Et Mabillonius T. I. Muſei Italici p. 68. memorat Codicem Bibliorum latinorum verſionis Hieronymianæ exaratum ante annos mille, in quo prologus legitur, locus ille non legitur. Itaque ut pro ſuppoſito prologum illum protinus atque aſſeveranter abjicere auſim, nondum ſum Simonii, Marcianæi, Millii aliorumque ipſis ὁμοψήφων argumentis perſuaſus: Ut Hieronymi eſſe certiſſime affirmem, nec Martinius nec qui ante illum pro hac ſententia militarunt argumentorum ſuorum pondere efficiunt. Habeo itaque pro dubio, & ad quem provocare tuto ac ſecure non licet, ita ut ad ſummam controverſiæ de αὐθεντίᾳ dicti Johannei vix quicquam poſſit conferre, niſi lectum illum lo-

cum in S. Hieronymo, aliis conſtiterit argumentis evidentioribus. Hamburg. Calend. Octob. 1718.

ANDR. LVD. KOENIGSMANN.

Majoris iter ſeptent. „Clariſſimus Waldſchmidius noſter mihi nuper monſtravit Celeb. Soceri ſui pie defuncti *Majoris iter ſeptentrionale*, vernacula lingua conſcriptum, plurimisque rebus literariis & curioſis obſervationibus refertum; ſed queſtus eſt, deſiderari, cujus id ſumtibus typis excuderetur, eſt enim multis iconibus perſperſum. -- Rariſſima quoque obſervata in *itinere* ſuo *Italico* collegit *Schelhammerus* noſter.„ Kiliæ 3. Id. Nov. 1709.

J. P. KOHLIVS.

Ruſſica. Dominus *Schiada*, qui catalogum librorum MS. Moſcuenſium, a Clar. Kappio recuſum edidit, cum familia ſua, uxore, quæ Pontificiæ religionis eſt, & liberis, in vicino Petropoli cœnobio, ubi Græcas latinaſque litteras docet, jam nunc verſatur, & interdum ad nos viſitandos huc excurrit. Varia in manibus habet, publici juris aliquando facienda, utpote, *tractatum græce ſcriptum de rebus ante Alexandrum M. in Græcia geſtis*, deinde & de *vero ſitu portarum Caſpiarum*, de qua materia nuper & ego in privato quodam Academico conventu ſententiam meam breviter expoſui, a Schiadæ opinione diverſam. In antiquitatibus Græcis, & ſermone Græco nonſo-

ſolum barbaro recentiori, ſed & antiquo eſt verſatus. Multa hic ſingularia, Moſcuæ cum degeret, ex manuſcriptis codicibus Bibliothecæ ibidem adhuc aſſervatæ, huc autem fortaſſe transferendæ, excerpſit, publica luce omnino digna. Pervenit nuper ad manus meas *catalogus librorum MS. Moſcuenſium, alius plane ab illo quem Schiada dedit*, qui innumeros etiam Slavonicos libros, in his antiquiſſimos complectitur. Quid judicas Celeberrime Vir, de impreſſo illo Catalogo? quænam manuſcripta præ aliis rara eſſe cenſes? & quorſum quæſo referendos putas ſequentes codices, quos alibi recenſitos nec in Bibliotheca Tua laude cumulatiſſima inveni: ſcil. *Epiſtolam Patriarchæ Thomæ* in hæreſin Armenorum, codicem *Theodori Philoſophi, Gregorii Nicæni.* epiſtol. *Demetrii Græci, Pauſaniæ Elpatorenſis* alium. *Patricii Scythæ* codicem Slavon. *Macarii Hieromonachi* ſcriptum, *Matthæi regulas, Gregorii Sinaitæ* libros Græc. *Geneſin diverſorum interpretum, Gregorii Tauromenienſis* ſcript. *Biblia Exegetica, a migratione* Abrami ad *captivitat. Babylon. Ammonis Philoſophi* ſcriptum Græcum. *Athanaſii M. contra Hellenes, Joſephi Monachi lib. MS.* Credo multos errores in hunc MS. catalogum irrepſiſſe cum ex Ruthenica lingua in latinam translatus ſit. Verſatur hic eruditus quidam Ruthenus, qui in eo jamdudum fuit ut Clar. *Buddei Lexicon e German. idiomate in Ruthenicum transferat,* Germanicam quippe linguam tenet. Alius

Ruthenus id agit ut in totam S. S. *Concordantias* quas vocant, *Ruthenice* conficiat. Quotidie hic plures libri imprimuntur, in his ante aliquot annos prodiit *Curtius ex latino versus*, cujus exemplar quoddam volui una cum litteris hiſce ad Te mittere. Petropoli 1726. 12. Maji.

† Catalogum illum, ab edito ut videtur maxima ex parte diverſum, Vir Clariſſimus mecum benevole communicavit. Titulus hic eſt: *Catalogus librorum, tam MStorum quam typis editorum, quales in ſacrario (Garde robe) Patriarchali Moſcoviæ reperiuntur, ſecundum ordinem Alphabeti Ruſſiaci conſignatus, An. Chr.* 1718. *M. Februarii, ex Ruſſ. vero in latinum idioma translatus An.* 1725. *M. April.* Huic annectitur *Catalogus ſecundus librorum, qui ex diverſis monaſteriis & a Confeſſionario Andrea Protopapa collecti*, eodem ordine alphabetico. Summa librorum utriuſque eſt 781. inter quos ſunt quam pauciſſimi typis exſcripti. Denique agmen claudunt 30. libri MSti in Typographeo reperiundi, in quo tamen omnino dicuntur reperiri 3518. impreſſi & MSti, tam Slavonici quam peregrini. Dolendum eſt, hunc Catalogum mira negligentia confectum eſſe, & forte pejus ab interprete, peſſime a librario habitum.

SEBAST. KORTHOLTVS.

Luſus in Bibl. gr. „Quando prodibit tot omnium eruditorum votis omnibus toties expetita *Bibliotheca* tua *Græ-*

Græca. Nemo non novit, talem librum non poſſe niſi a te proficiſci.

Fallor an es Græcus, natuſque videris Athenis?
Res & Græca fidem Bibliotheca facit.
Quid ceſſas luci doctos exponere fœtus?
Indiget illorum doctior orbis ope.
Promiſſum toties doctis concede laborem,
Ne tua dicatur græca fuiſſe fides.

Ita Cl. Kortholtus An. 1701. d. 29. Aug. cui Fabricius ita reſpondit, ut in Bibl. lat. primæ editionis annotatum reperio, alludens ad Viri Doctiſſimi Diſſ. de poetriis puellis:

Non ego ſum Græcus, nec enim tu fœmina, quanquam
Eſt celebrata tuo multa puella libro.
At me Germanum dulciſſima Lipſia novit,
Græcaque Germanum Bibliotheca probat;
Quod tam tarda venit, veniet quod certa, videſne
Quod Germana fides, græcaque ſcripta placent.

LVDOLPHVS KUSTERVS.

„Ante paucos demum dies ab illuſtri Bentlejo accepi literas, in quibus inter alia ſcribit, Sereniſſimam Reginam Angliæ me donaturam eſſe *nummo aureo* 50 librarum Anglicarum (i. e. circiter 100. Ducatorum) qui ab uno latere nomen meum exhibebit. Hunc honorem, quo me indignum fateor, præcipue debeo Illuſtriſſ.

Küſterus nummo donandus.

luſtriſſ. Præſuli Norvicenſi, (Jo. Moro) qui pro ſua erga omnes literarum amatores benevolentia, me inſigni humanitate in Anglia complexus eſt, & Sereniſſ. Reginæ de meliori nota commendavit.„ Berolini d. 7. Januar. An. 1706.

Pſelli locus. „Libro V. Bibliothecæ tuæ Græcæ exhibes *librum Pſelli* ante ineditum περὶ παντοδαπῆς διδασκαλίας; in quo libro multa αὐτολεξεὶ deſcripta ſunt ex Plutarchi Quæſtionibus Naturalibus: ut ea quæ leguntur Quæſt. 132. 133. 136. 137. 146. 147. 149. 150. &c. Quæſt. 137. pro ἐναρδέϛερα (prout etiam hodie legitur apud Plutarchum p. 912. E.) ſcribendum eſt ἐυαλδέϛερα. Nam aquas pluvias, cum tonitru & fulgure cadentes, dictas & creditas fuiſſe ἐυαλδεῖς (i. e. quarum beneficio plantæ lætius creſcant) teſtatur ipſe Plutarchus Sympoſ. lib. 4. Q. 2. haud procul a principio, ubi ait: τὰ δὲ ἀϛραπαῖα τῶν ὑδάτων ἐυαλδῆ καλοῦσιν οἱ γεωργοὶ καὶ νομίζουσι. Sed & ſine hoc loco Plutarchi, correctioni huic vel in ſolo ſenſu ſatis foret præſidii. Rectius enim quæras, quarum pluviarum beneficio herbæ & plantæ lætius creſcant, quam quæ majorem rigandi vim habeant.„ Lutet. Pariſ. d. 8. Apr. 1715.

Serrani verſio Platonis. „Secundum volumen Bibliothecæ Tuæ Gr. hac æſtate ad prælum revocatum iri ſcribis. Non abs re, puto, foret, Lectorem, ubi de interpretibus latinis Platonis ages, monere, *Serranum plures errores in verſione ſua commiſiſſe, quam Ficinum;* quod neſcio an alii jam ob-

obſervaverint. Id ſcio, Viros doctos, qui de duobus illis interpretibus adhuc judicium tulerunt, ſatis habuiſſe dicere, verſionem quidem Ficini eſſe fideliorem, at Serrani elegantiorem: ſed qui, utrum Serranum eo nomine laudare an vituperare voluerint, neſcio. Nam verſio elegans, ſi quidem ſenſum archetypi ſui vere exprimat, etiamſi forte paulo liberior & ſolutior ſit, laudem meretur: ſin ſecus; vituperio digna eſt. Atqui Serranum infinitis in locis, & quidem multo ſæpius, quam Ficinum, a vera ſententia Platonis aberrare, cognitum mihi atque exploratum eſt. Unde efficitur, fallacem illam elegentiam Serrani (ſi tamen tanta verſioni ejus ineſt elegantia, quam ego quidem minime in ea deprehendo) vituperio potius quam laude dignam eſſe. Hoc autem utcunque probaturus, pauca tantum loca ex Phædone Platonis, qui Dialogus librum aperienti mihi primus forte ſeſe obtulit, ad examen hic revocabo.

In principio illius Dialogi Echecrates Phædonem rogat, num ipſe Socrati morituro præſto adfuerit, an vero ex alio de morte ejus audiverit. Reſpondet Phædo: Αὐτὸς, ὦ Ἐχέκρατες. Quod Serranus vertit: *Equidem Echecrates.* Sed hæc verſio jocularis eſt, ne dicam inepta, utpote quæ ſententiam plane ſuſpendat. Ficinus clarius quidem, ſed tamen nec ipſe ſatis accurate reddit: *Quopiam, ô Echecrates, adfui.* Simpliciter vertendum erat: *Ipſe adfui, Echecrates.* Mox, τῇ προτεραίᾳ τῆς

δίκης

δίκης, Serr. vertit: *postridie judicii habiti*, pro *pridie*; errore satis crasso, sed qui ex negligentia potius, quam ignorantia profectus videtur. Paulo inferius tamen Serranus in phrasi hac interpretanda itidem lapsus est, ubi vertit: *Eo die, quo habitum fuit de Socrate judicium.* Ficinus utroque in loco recte: *Pridie quam judicaretur.* Pag. 58. Edit. Serr. τῷ ἐν Ἀπόλλωνι ἔυξαντο, ὡς λέγεται, τότε, &c. Serranus: *Votum autem (ut dicitur) nuncuparant, uti, si incolumes redirent, sacrum, quod* θεωρίαν *(quasi inspectionem) vocant, Apollini quotannis in Delo celebrarent: quod & quotannis misso illo navigio factitatur. Ubi primum vero inspectionis illius sacrum inierunt, lege cautum est*, &c. In hac versione nihil fere sani. Nam nec θεωρία est *sacrum inspectionis*; nec ἀπάγειν εις Δῆλον θεωρίαν est, *sacrum ejusmodi in Delo celebrare*; nec πέμπειν θεωρίαν, *sacrum misso navigio factitare.* Ficinus θεωρία vertit *spectaculum*; sed qui nec ipse veram vocis hujus vim intellexit. Nimirum θεωρία hic nihil aliud significat quam *sacram legationem*, sive legationem, quæ religionis causa cum victimis, donariis, alioque sacrorum apparatu solenniter aliquo mittebatur. Hujusmodi legationem qui obibant, dicebantur θεωροί: iique pro diversis, ad quæ ablegabantur, locis, diversis etiam insigniebantur nominibus. Nam illi, qui in Delum quotannis ab Atheniensibus mittebantur, (de quibus hic Plato) peculiariter dicebantur Δηλιασαί: qui Delphos, sive

ve ad Apollinem Pythium, Πυθιασαί: qui ad ludos Isthmios, Ἰσθμιασαί: & sic alii aliis nominibus. Pythiastarum mentio fit apud Hesych. v. Ἀστράπτειν. De Deliastis vide Ill. Ez. Spanh. ad Callim. Hymn. in Del. v. 314. Isthmiastarum mentio est apud Hesych. v. Ἰαμβὶς, ubi Æschylus citatur ἐν Θεωροῖς ἢ Ἰσθμιασαῖς. Hinc ergo corrigendus Anonymus in Indice Fabularum Æschyli, apud quem male legitur Θεόδωροι, ἢ ἰσομιασαί, pro θεωροὶ, ἢ ἰσθμιασαί: quam correctionem tamen jam præceperunt cum alii, tum Eruditiss. Henr. Valesius in Not. ad Harpocr. v. Θεωροί. Sed ut ad propositum locum Platonis redeam; is ita latine reddendus est: *Apollini igitur (ut fertur) votum tunc fecerunt, se, si salvi rediissent, quotannis solennem legationem cum victimis & donariis in Delum missuros esse; quam legationem etiam nunc ex illo tempore omnibus annis ad Deum mittunt. Postquam igitur sacram illam legationem mittere inceperint &c.*

Sequitur proxime: Νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν. Serr. *Lege cautum est, ut interea urbs expietur.* Ficinus: *Ex lege interim lustrant urbem.* At vero καθαρεύειν neque significat *expiare*, neque *lustrare*; sed simpliciter *purum esse*, sive *pollutionis expertem*; significatione *neutra*, ut Grammatici loquuntur. Secundum mentem igitur Platonis, Athenienses ab eo tempore, quo navem sacram in Delum mittebant, usque ad ejus reditum, nihil publice committebant, quo ur-

urbem ſuam pollui poſſe crederent. Credebant autem pollui ſuppliciis capitalibus; quibus proinde toto illo temporis intervallo (ut Plato hic teſtatur) abſtinebant. Sic igitur urbs poterat καθαρεύειν, nulla quamvis luſtratione, ſive expiatione intercedente. Ead. p. Ἀρχὴ δ' ἐςὶ τῆς θεωρίας, &c. Serr. *Primordium inſpectionis illius eſt.* Ficinus: *Initium vero ſpectaculi eſt.* Male uterque. Verte: *Initium vero ſacræ legationis eſt:* vel *Sacra legatio ab illo tempore incipit, quo Sacerdos Apollinis puppim navis* (in Delum mittendæ) *coronaverit.* Pag. 59. Edit. Serr. Ὁ θυρωρὸς, ὅσπερ εἰώθει ὑπακούειν. Serr. male: *Janitor, qui ante hac nobis ſolebat parere,* Rectius Ficinus ad ſenſum: *Janitor, qui nos ſolebat admittere.* Ὑπακούειν proprie eſt, ad vocem, vel quodvis ſignum datum aurem advertere; & ex conſequenti, alicui vocanti, vel ſignum danti reſpondere; &, ſi de Janitore dicitur, pulſanti fores aperire. Exemplis hanc in rem ab Henr. Steph. jam adductis addam ſequentia. Theophr. in Charact. c. 4. ubi περὶ ἀγροικίας: καὶ κόψαντος τὴν θύραν αὐτὸς ὑπακοῦσαι: *& pulſante aliquo januam, ipſe reſpondere*, vel *fores aperire ſolet.* Æſchin. in Timarch. pag. 187. Edit. Genev. Εἰ μὴ καὶ ἐμὲ δεῖ ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις, μὴ Δημοσθένην καλούμενον, ἀλλὰ Βάταλον: *Niſi me quoque oportet reſpondere turbæ, cum me Batalum non Demoſthenem appellat.* Wolfius interpres licet cæteroqui Græcæ linguæ ſatis peritus, locum tamen hunc

hunc minus accurate vertit, quod veram vim verbi ὑπακέειν ignoraret. Demosth. περὶ παραπρ. p. 239. Καὶ Θρασυβέλῳ ἐδ᾽ ὑπακἕσαι καλέμενος ἠθέλησας. *Et Thrasybulo, cum te vocaret, ne respondere quidem voluisti.* Epictet. in Enchirid. c. 11. Ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμἕ, ὅτι δύναται μὴ ὑπακἕσαι· καὶ ὑπακέσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. *Et cum puerum vocas, cogita, fieri posse ut non respondeat, & cum responderit, nihil faciat eorum, quæ velis.* Quod Græcis est ὑπακέειν, Plautus dixit *responsare* in Mostell. 2. 1. v. 56. ubi ait: *Neu quisquam responset, quando hasce ædes pultabit senex.*

Pag. 60. Ὡς ἕν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη, ἀνευφήμησε. Serran. *Postquam nos vidit Xantippe, salutavit.* Pessime. Multo rectius Ficinus: *Quæ* (Xantippe) *cum nos vidisset, ejulare cœpit.* Nam verbum ἀνευφημεῖν, quamvis proprie significet *bona verba dicere*, sive *faustis ominibus aliquem prosequi;* attamen per εὐφημισμὸν interdum ponitur pro *ejulare*, vel *lamenta edere:* quo sensu hic accipi, tota orationis & sententiæ series suadet. Xantippe enim instante Socratis mariti sui morte perterrita (ut est genus muliebre doloris impatiens) Phædonem aliosque amicos intrantes, non lætis salutationibus, sed questibus & lamentis excipiebat: quare offensus Socrates, Critonem rogabat, ut eam domum abducendam curaret. Addit ergo Plato: Καὶ ἐκείνην μὲν ἀπῆγόν τινες τῶν τἕ Κρίτωνος, βοῶσάν τε καὶ κοπτομένην. *Et illam*

nonnulli ex iis, qui Critoni præſto erant, abduxerunt ejulantem & plangentem. Cæterum ἀνευφημεῖν interdum dici pro *ejulare*, non ſolum patet ex loco hoc Platonis, ſed etiam diſerte teſtatur Heſychius, qui Ἀνευφημήσει interpretatur ἀνοιμώξει; addens ſignificationem hanc ei tribui κατ' ἀντίφρασιν. Sed rectius dixiſſet κατ' εὐφημισμὸν, quæ eſt figura (ut noſti) per quam res infauſtæ & male ominatæ vocabulis fauſtis & nihil triſte per ſe ſignificantibus exprimuntur. Sic apud Hebræos בָּרַךְ, *barach*, quod proprie ſignificat *benedixit*, interdum per εὐφημισμὸν ponitur pro *maledixit*; ut linguæ hujus paulo peritiores non ignorant.

P. 61. Ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι, μὴ ἀπιέναι, πρὶν ἀφοσιώσασθαι, ποιήσαντα ποιήματα. Serr. *Tutius enim mihi eſſe, non prius hinc diſcedere, quam eo etiam modo votum aliquatenus perſolvero.* Sed cui unquam ἀφοσιώσασθαι lectum eſt pro *votum ſolvere?* Nemini quidem, ut perſuaſum habeo. Ficinus reddit, *ab officio ſe liberare,* paulo quidem melius, ſed tamen nec ipſe ſatis accurate & clare. Nam ἀφοσιώσασθαι hic eſt, *religione defungi, animum religione liberare, ſive facere aliquid animi religione ſolvendi cauſa;* quod Gallice dicere queas, *faire quelque choſe pour avoir la conſcience libre.* Socrates enim metuebat, ne ſi nulla feciſſet poëmata, antequam e vita diſcederet, aliquid negligeret eorum, quæ facere ſomnio admonitus eſſet. Ejusmodi autem negligentiæ ſuſpicio

cio non poterat non animo pio, & Deorum metuenti, violatæ religionis ſcrupulum injicere.

Pag. 62. Οἷς δὲ βέλτιον τεθνάναι, θαυμαστὸν ἴσως σοι φαίνεται, μὴ ὅσιον αὐτοὺς ἑαυτοὺς εὖ ποιεῖν. Serr. *Quibus autem ſit melius mori, ſitne incommodum ſtatuere, illis non impietati tribuendum, ut ipſi ſibi ipſis hoc beneficium prius conferant.* Ubi animus Serrano cum hæc verteret? Ita enim interpretis partibus hic functus eſt, ut vix quisquam poſſet pejus. Nam primum, quid ſibi vult illud, *ſit ne incommodum ſtatuere*, quorum verborum nullum in Græcis eſt veſtigium. Deinde ignoraſſe videtur, μὴ ὅσιον hic ſignificare, *non licet*, ſive *fas non eſt:* quod tamen vix tirones ignorare ſolent. Quanto hic melior & verior interpretatio Ficini, quæ ſic habet: *Itaque mirum tibi forte videbitur, ſi his, quibus præſtat mori, non liceat ſibimet prodeſſe.* Lutet. Pariſ. d. 7. Jun. 1715.

JOHANNES LOGAN.

Euclidis editio eſt Hen. Stephani Avi, Anno 1516. cum duplici commentario & Campani, & Theonis ex Zamberto. Campani ex Arabico factum ſtatim ex Definitionibus patuit, at ex diverſa ab ea expoſitione quam Romæ e typographia Medicea An. 1594. editam habemus a Naſir Eddino elaboratam, cum Campanus, teſte Voſſio cum aliis, ſeculo undecimo vixerit, Eddinus vero, ut refert

Arabicæ verſiones & Lexica.

refert Abulpharagius, 13tio. Arabicum iſtum quem etiam habeo, dehinc cum Campano conferebam, & longiſſime diſpares comperi. Memorat Eddinus (ſeu ut vertit Pocockius in Abulph. Oddinus) in Præfatione, priorem verſionem a Thebit Ibn Core factam, quam perſtringere mihi videtur; (non enim linguam iſtam ſatis calleo ut ejusmodi ſcripta plene intelligam) unde veriſimile eſt Campanum ſuam hauſiſſe.

Friendius noſter, in Hiſt. ſuæ Medicæ altera parte, iniquus in plurimis æſtimator, omnes fere Arabes, omnes eorum verſiones e Græco, præſertimque hanc Euclidis improbare videtur. Quis hujus ſententiæ illi Autor fuerit neſcio, nam vix literas Arabicas eum calluiſſe credo; at mihi videtur iſtud Eddini præclarum eſſe opus. Mirum eſt quantum venditet ſe *Clavius*, in Elementorum ſecunda vel tertia ſua Edit. ob demonſtratum axioma undecimum (vel illi 13.) quod peragit ad Prop. 28. L. 1. p. 89. Edit. 4. Francf. 1607. item in Præf. 3. ante Prolegomena, & cum fatetur ſe inaudiviſſe, idem prius feciſſe Arabes, queritur quod licet obnixe flagitaret ab eo qui Arabicum eum Euclidem poſſideret, legendi copia nunquam ſibi facta fuerit, quod ego qua fide dictum ſit non dixero. Nam etſi nemo illi legendi copiam i. e. peritiam impertiret, in priore enim præfat. non verſum eſſe in latinam notat, quod tamen figuras oculis uſurpaverit, quod Mathematico magni eſt momen-

menti, minime dubitaverit qui utraſque intuetur. vid. Arab. p. 31. & Clav. p. 96. De hoc Euclide arabico porro mihi notandum occurrerit, quod licet Titulus verbis latinis (non vero Arabicis, quod tu etiam Tom. II. Bibl. Gr. ad Euclidem notaſti.) Lib. XIII. præſerat, totidemque ab Eddino in præfatione memorentur, quod adeſt mihi Exemplar non ultra XII. continet, ideoque vel nunquam typis excuſi ſunt plures, vel liber meus imperfectus eſt, nulla tamen imperfectionis comparet nota. Ultima mei pagina eſt 400. qui numerus in ſummo ſolis ciphris Arabicis in imo vero noſtris notatur.

Dum hæc de Euclide Arabico ſcribo, vix mihi temperare queo, quin de *Golio* acerbe querar, qui cum ipſe Matheſeos fuerit Profeſſor, in edendo tamen lexico illo ſuo, Elzeviriorum opera nitidiſſimo, vocibus illud referſerit, earumque interpretationibus, quæ ſi omnes Bibliothecæ quæ extant Arabicæ devorandæ eſſent, Lectori nec unquam nec uſquam (uti credo) occurrant, inficetis eorum Lexicographis ſolis exceptis, interea tamen de plurimis quæ & in Euclide & aliis excuſis ingerunt ſe oculis, ne γρὺ quidem. De *Giggei* prægrandi opere vix eſt ut melius augurer, cum hic ex Camuſo Alfirauzabadii, alter ex Gieuhari cum additamentis quibusdam, at nullo fere delectu, exſcripſerit. Aliquanto melius præſtitit Caſtellus noſter, additis e lectione ſua compluribus; in multis tamen deficit. Ego

equidem reor, Lexicon confici posse, quod linguam istam discentibus, quantumvis ejus prædicetur copia, sufficeret, nec tamen istud Schrevelii Græcum, mole, aut saltem linearum numero superaret.

Hoc etiam his adjiciendum, post complures Ptolemæi locos haud oscitanter comparatos, versionem ejus Arabicam non minore fide quam eam Trapezuntii elaboratam mihi videri; ita verum Autoris sensum, licet dictione barbara, ubique fere exprimit interpres ille secundus. In unico tamen loco nempe L. 1. c. 8. ὑπολήψεις pro ὑπολείψεις legisse videtur Arabicus, unde turbatur ibi aliquantulum sensus. Quod si ex insuavi latinorum interpretum lectione de Arabicis judicium ferendum sit, idem ex Iliados versione pedaria, eodem aut potiore jure, de Homeri carmine, quod Peraltio & aliis objectum est, sententiam ferat. At in Inventione Arabes minime æquasse Græcos facile concedo. In medicis quidem, in eo opere, Friendium suspicio; quod vero omnem illis derogandam laudem sibi statuerit, quod intelligendis eorum scriptis impar fuerit, iniquius fero: nec ideo tamen, ut Clericus, pensum istud sibi duxerit declinandum. Philadelphiæ in Pensilvania 4. Cal. Jan. 1728.

Loganus quis? † Quantum judicio auctoris tribuendum sit, aliis examinandum relinquo. Fuit autem ut ipse scribit, adolescens literis imbutus, deinde ad mercaturam se contulit, quam Philadelphiæ in Pensilvania exercuit, & per triginta

ginta annos Provinciæ a Secretis & consiliis fuit, quandoque & summo Tribunali præfuit. Humaniores tamen literas per otium acriter resumsit, iisdem ad extremum tanto magis affixus, quod ex infelici lapsu in glacie fracto osse femoris juxta insertionem in os ischium, reliquam vitam in sella degere cogeretur. Miserat illi Fabricius dono Ptolemæi almagestum aliosque sex libros quos desideraverat. Bibliothecam enim Græcam aliaque Fabricii potiora jam possidere se scripserat, & in extrema epistola An. 1734. scripta gloriatur, Bibliothecam suam veteribus tum Gr. tum latinis fere omnibus ante Constantini M. tempora instructam esse.

SCIPIO MAFFEJVS.

„Le scrivo due versi solamente per sapere, se abbia dato fuori il libro di S. *Gerolamo de Nominibus Hecraicis*, o altro di S. Gerolamo, come in Italia si dice, desiderando molto, che sia qua trasmesso, perchè si pensa ora qui a un' edizione di S. Gerolamo. Vorrei pregarla parimente di dirmi se abbia notizia del MS. di *Catullo*, che si dice trovato in Moscovia e di che antichità sia. Son molto impaziente di sapere, se ha il Distico *Versus Catullo suppositi*

Brixia, quam molli percurrit flumine Mello,
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Poichè il detto disticho l'ho provato adulterino nella mia *Antica Condizion di Verona*, conte-

tenendo un nome nato ne'proſſimi ſecoli, e ripugnando affatto all'Iſtoria: dopo di che due MSS. ſi ſon già trovati, che non hanno parola alcuna di detto Diſtico. Saprei volontieri ſopra di ciò la ſua riverita opinione.„ d. 20. Jul. 1730.

JO. HENR. MAJVS Fil.

Lexicon Homericum, „Materiam ſcribendi ſuppeditat typis nondum vulgatus *M. Georgii Halæ,* paſtoris ad D. Thomam Lipſienſis, *elenchus omnium dictionum Homericarum,* in bibliotheca noſtra Academica conſpicuus. Eum & Georgius Mylius Bornenſis, & Mart. Cruſius carminibus, ille quidem latino, hic autem Græco, ipſi elencho præfixis, valde laudant. Annus obitus & ætatis Georgii Halæ his verſibus exprimitur:

FVnCtVs LVCtIfero Vt gnatIs, pater optI-
Me, fato:
QVInqVe ter eXpLeras LVbrICa LVſtra
ſeneX.

Quid vero in iſto indice præſtitum, quam ſtupenda adhibita diligentia, ſpecimen, quod heic vides, oſtendit. Unicum illud ex Te, vir maxime reverende, ſciſcitari, ſi commode fieri poſſit, velim, ad quamnam editionem citationes paginarum confectæ ſint. Antiquam ſatis oportet illam eſſe, quam in tanta librorum, impr. Græcorum, penuria, expiſcari nondum valui. Gieſſæ a. d. 8. Kal. Sextil. 1711.

Spe-

Specimen elenchi dictionum Homericarum omnium, tam declinabilium, quam indeclinab. secundum ordinem alphabeticum dispositarum, auctore Georgio Hala.

Numerus denotat folium (sed cujus editionis?) littera *a.* priorem, *b.* posteriorem, *a.* & *b.* simul utramque folii faciem indigitat.

Α. 3. a. 280. a.
ἁ. 402. a.
ἆ. 33. b. 133. b. 161. b. 191. b. 201. b. 289. a. 292. b. 382. a. 398. b 415. b. 424. b. 477. a.
ἃ. 121. b. 122. a. 128. a. 187. b. 191. b. 195. b. 273. a. 366. b. 379. b. 440. b. 457. b. 460. b. 463. b.
ἀάατον. 460. b.
ἀαγέσ. 379. a.
ἀάπτοι. 138. a. 177. b.
ἀάπτοισι. 90. a.
ἀάπτους. 12. b. 78. b. 117. a. 131. b. 137. b. 142. a. 199. a. 228. a. 377. b. 467. b. 470. b.

Et sic in ceteris vocibus ad unam omnibus.

RVD. MART. MEELFUHRER.

„In specimine meo *supplementorum Almeloveenianorum* tua quoque byssina apparent promissa & latentia, quæ inter utinam propediem Bibliotheca græca exiret, eodem quo latina habitu vestita, certe æstum votorum frequentissimorum leniret. Clarorum equitum sive plagiariorum numerum, editum olim, *Bibl. promissa & latens.*

 nunc

nunc auctum etiam evocavi, quem tamen Celeb. Actorum Lipſ. Editores de olim publicato non bene intellexerunt, qui mihi notiſſimus erat. Ita Ciampini liber, quem pro inedito habui, in Coll. Tenzelii male ineditus dicitur. Woergeri Maracciique opuſcula editionem meam exceperunt.„ Vitemb. 1699. d. 8. Octobr. † Vide Acta Er. 1699. p. 361. Scilicet nihil facilius eſt, quam in hoc genere labi, unde & facilis debet æqui lectoris eſſe venia.

JO· GERH. MEIER Gerhardi Fil.

Anacreontis & Herodoti loca.

„A l'Ode III. d'*Anacreon* ſur l'Amour v. 25. on trouve τοδε τοξον εστι μοι νυν βλαβεται βεαχεισα νευρη, que Mr. le Fevre a corrigé de la ſorte: Ει τȣδε τοξȣ μοι νυν &c. & dont Mad. Dacier fut auſſi peu contente que lui meme, a cauſe que la meſure du vers ne s'y trouve pas, parceque les premiers pieds doivent etre des Anapeſtes, c'eſt pourquoi elle mit τοδε τοξον, ει τι μοι &c. Il me ſemble, qu'il n'y a d'autre remede, que de ſeparer ſeulement le mot εςι, qui malapropos a eté laiſſé combiné. Car comme dans les anciens MS. on ecrivoit tout en ſuite, il faloit apres diviſer les paroles,qui ne pouvoient pas reſter jointes ſans en changer le ſens. De facon qu' ες τι eſt mis dans notre endroit pour: *In quantum.* Dans l'Ode IX. ſur une Colombe verſet 5. τι δ' εςι σοι; μελει δε Mad. Dacier met dans ſon texte la Correction d'Henri Etienne τιδ' εςι σοι μελημα,

μα, quoique elle l'avouë un peu forcée, & aime plus tot garder μελει δε Mais si dans le premier hemistiche on liroit τισ εις τι cela rendroit a Anacreon sa pensée & a sa phrase presque toute son elegance. Ie n'ose point vous arreter par de petites remarques, qui ne peuvent point echaper a Votre attention si accomplie & assez connuë; pourtant avant que de finir, permettéz Mons. ie Vous prie, que ie demande Votre decision sur un certain endroit d'*Herodote*, qui a embarassé plusieurs Critiques & par consequent a touché le foible de ma capacité. Au Livre I. p. 45. edit. Francof. il rapporte, que la Deesse Venus, pour chatier l'insolence des Scythes, qui avoint pillé son temple, leur envoia une maladie qu'il nomme θηλειαν νεσον. Longin allegue cet endroit au Traité du Merveilleux, ou Sublime, c. 24. ou Mr. Boileau dans ses Oeuvres Tom. 3. p. 121. edit. Amstelod. 1729. 8. l'a traduit: une maladie, qui les rendoit femmes, Mr. Dacier entend les hemorrhoides. Tollius dans ses notes latines y comprend une autre maladie plus abominable, comme du tems de Tibere & Neron. Il me semble que la maladie devoit necessairement etre une telle, qui pouvoit avoir du rapport a la Deesse fachée, dans un genre d'amour & de volupté: Poena ex foro competenti. 2) La Deesse pour mieux chatier ces hommes leur envoia une maladie, dont iusques alors le sexe seul avoit eté susceptible, ou assuietti, puisqu'elle est designée

θηλεια,

θηλεια, κατ' ἐξοχὴν, adeoque propria. 3) La maladie devoit etre de la ſorte, qu'elle pût ruiner les hommes, comme ils avoient ruiné ſon temple, afin que la vengeance par repreſſailles fut d'autant plus amere. Ainſi il me ſemble, qu'on doit entendre une fureur extreme pour la volupté & les debauches de l'amour, qui ſous le titre de maladie eſt ſeulement connuë dans le ſexe ſous le nom de furor uterinus, & qui devoit tellement inſtiger les hommes, qu'ils ſe ruinaſſent & epuiſſaſſent, ſans iamais ſe raſſaſier.„ Helmſtad. 1732. d. 9. Jan.

BERN. de MONTFAVCON.

Biblioth. Vaticana. „Ille, qui res noſtras Romæ curat, poſtremis literis teſtificatur, ſpem eſſe, facultatem ſibi concedendam fore, ut librum illum (Hippolyti contra Hæreſin Noëti) exſcribat. Nam ab hodierno ſummo Pontifice ſtatutum, ut omnia edita quidem Patrum opera cuique roganti exſcribere licitum ſit; inedita vero non niſi ipſius ſummi Pontificis nutu & conſenſu, quem ſe impetraturum ſperat ille ſodalis.„ Lutetiæ 4. Non. Mart. 1716.

JO. LAVR. MOSHEIM.

In Hippolytum obſſ. „Meam ab aliquo tempore induſtriam tuus, ſumme Vir, exercuit *Hippolytus*, cujus alterum Tomum cum impatientia quadam exſpecto. Sunt mihi nonnulla in librum ejus inprimis de Antichriſto obſervata, quædam etiam

iam ex collatione cum *Irenæo*, præceptore illius, meis dudum deliciis, in quem prolixas *obſervationes ſacras* affectas habeo, notata, ſed ea, quæ vultum & oculos tuos ſubire verentur, cum auctoris ingenium, mediocre & non ſatis excultum referant. Proxime tamen ſanctum virum a Chri. Sandii criminationibus in Lipſ. Miſcellaneis ea, qua potero, induſtria vindicabo. *Librum de Antichriſto interpolatum eſſe a Græculo* quodam recentiori reor, quod fere ante me jam ſenſit v. c. Joh. Ern. Grabius in Notis ad Bulli defenſionem fidei Nicænæ Sect. II. cap. VIII. p. 103. 104. Mihi ſane nihil de Sabæis meſſibus, ſed putidis mendacis Græciæ recentioris lacunis ſpirare videntur cum alia nonnulla, tum hoc quod c. XXV. p. 22. de Johanne Chriſti & apud inferos præcurſore traditur. Verum tu, Vir ſumme, omnium optime judicaveris, quantum ſcripto tribuendum ſit. Te enim in hoc ſtudiorum genere hodie regnare, omnes mecum profitentur. Adjungam tamen, tuoque ſubjiciam judicio obſervationem meam in difficillimum Hippolyti locum Cap. XI. p. 8. Πλυνεῖ ἐν ὄινῳ τῆν ϛολὴν ἀυτȣ͂. τὴν τȣ͂ ἁγίȣ πνέυματος κατελθȣ͂σαν ἐπὶ Ἰωρδάνην πατρικὴν φωνὴν, quem nec Gudius, nec Combefiſius mihi recte cepiſſe & intellexiſſe videntur. Poſterior hic vere cucurbitas pingit, & ſui diſſimilis eſt. Cum quo ſe vertat, non reperiat, demum ad Criticam confugit, & injuria temporum quædam contra omnium codicum fidem intercidiſſe,

cidisse, conqueritur. Vah! vero quam insolens hæc & temeraria antiquos auctores castigandi ratio: Quæ critica viri audacia: Ne commemorem, aliquid tamen difficultatis adhuc residuum esse, nec rem omnem vel hoc modo ab Combefisio absolvi, ut scilicet omnis erroris purus Hippolytus sistatur. Si nonnihil loci criticæ conjecturæ hic relinquendum esset, longe felicius concepta Hippolyti macula elui posset, si sola præpositio μετὰ in Textum reciperetur, ut sic verba fluerent: τὴν μετὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος καθελτοῦσαν φωνήν. Omnes hac emendatione evellerentur ex animo scrupuli de doctrina Hippolyti, & omnis erroris purus sanctus Vir constitueretur. Et est in Testamento illo XII. Patriarcharum spurio locus, qui suspicionem hanc egregie confirmaret. Levi enim impostor in testamento suo Cap. XVIII. p. 586. ed. tuæ ita vaticinantem fingit: Οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς, ὡς ἀπὸ Αβραὰμ πατρὸς Ισαάκ. Levis tantum in hoc loco Hippolyti transpositio est. Gudius Monachum magno conatu nihil agere, intellexit, meliora de suis non impertivit. Durum profecto, quod per vinum paternam illam vocem innui a sancto viro, existimet. Præterea quanta est Ellipsis illa, quam loco hoc vir illustris fingit. Nuspiam tam conciso dicendi genere & elliptico Hippolytus utitur; planus, perspicuus est, nec ullibi tantæ obscuritati amicus. Aliam id-

idcirco longe opinionem ingredior, Hippolytum ex ſe ipſo explicandum eſſe, ratus. Quo facto melius ſibi conſtabit; etiamſi concedam, in ſimilibus & allegoriis enodandis multum Hippolytum claudicare. Quod πατρικὴν τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος φωνὴν dixerit, nil miror. Manifeſto id enim ex Patrum primorum errore exegetico fluxit, quem ſpuriorum credo Evangeliorum lectio excitaverat, quo vocem in baptiſmo Chriſti auditam Spiritus ſancti fuiſſe, ſcripſerunt. Notiores ſunt ii, qui ſic inſtituerunt, quam ut prolixius allegentur. Πατρικὴν φωνὴν ad ϛολὴν referri debere, quare quis neget, non intelligo. Paterna apud Jordanem vox, tanquam ſtola ſervatoris, qua indutus quaſi Dei filius ab omnibus cognoſci potuit, illuſtrior & ſplendidior multo reddita eſt vino miraculorum, quo ſe Dei filium, ſicut pater dixerat, exhibebat, & perpeſſionum, quibus, quam uſque ad mortis cruciatum patri obediens, dilectiſſimuſque adeo ejus filius ſit, omnium in conſpectu poſitum erat. Quid hic obſcuritatis? Nil ſane. Atque hæc, ſumme vir, in obſcuriſſimum hunc Hippolyti locum commentari, aut verius ludere placuit. Tu facile pro egregio tuo acumine videris, num rem, quod mihi quidem videtur, tetigerim. Reſcribe itaque, ſumme vir, obſecro paucis, quid de noſtra hac interpretatione ſentias. Si non penitus diſplicuerit, animum ſaltim addes, majora aliquando canendi, & reliqua, quæ in Hippolytum

tum de Antichriſto præcipue notata ſunt, paullo diligentius elaborandi. Aliqualem, fateor, huic libro vel id propter ex aliquo tempore operam impendi, quod in conſcribenda *dogmatis de Antichriſto hiſtoria* ex antiquis præcipue monumentis dudum occupatus fui. Æqui ſaltem bonique levia hæc noſtra conſules. Kiliæ prid. Kal. Sept. 1717.

LVD. ANT. MVRATORIVS.

Diſſ. Antiquaria & de Baſilicis

† Epiſtola ſcripta Mutinæ Id. Octob. 1709. vehementer laudat inſtitutum edendi *Theſauri Hebraicarum & Eccleſiaſticarum antiquitatum*, gratiaſque agit, quod in eo locum quoque dare voluerit Diſſertationi ſuæ *de antiquis Chriſtianorum ſepulchris*; optat vero, ut Diſquiſitionem quoque alteram adjunctam velit, in Anecdotis græcis T. 1. obviam, qua demonſtratur, apud orientales quoque ſæculo Chriſti IV. in more fuiſſe *Chriſtianorum ſepulturam intra ædes ſacras*, eumque ritum minime fuiſſe ſublatum ab Imperatoribus Cpolitanis; Addit & illam *de IV. Temporum Jejuniis* Tom II. eorundem Anecdotorum. Mittit interim propenſæ ſuæ in Fabricium voluntatis teſſeram Diſquiſitionem *de ſacrarum Baſilicarum apud Chriſtianos origine & appellatione*, quam per modum epiſtolæ manu Auctoris Celeberrimi ſcriptam ad Fabricium, occaſione vetuſtæ inſcriptionis, ſollicite ſervo.

JO-

JOACH. NEGELEIN.

† Scribit Noriberga d. 15. Dec. Anno 1724. esse sibi Codicem *epistolarum Aretini* e Puteani Bibliotheca in Germaniam advectum, qui charactere sæculum XV. referente scriptus sit, & nonsolum editas multo correctius, sed & ineditas LII. contineat, non minus quam quæ jam prostant lectu dignas. Hunc codicem benevole transmissum, ut supra indicatum est, Fabricius cum editis contulit, & ineditas inde describendas curavit, adscriptis cuilibet paginis editarum, ubi singulæ inserendæ essent, additurus etiam ej. Leonh. Aretini libellum *de studiis & literis* ad Isabellam Malatestam, ex Bibl. Gabrielis Naudæi Paris 1642. 8. & antea Argentinæ apud Jo. Knoblochium 1521. 8. Video tamen etiam exemplum earundem epistolarum LII. ineditarum a Cl. Negeleinio transmissum esse, adjecto Aretini libello de temporibus suis, quondam typis exscripto Venetiis 1485. præmisit quoque idem vir doctus præfationem, ut sub ejus nomine ederetur. Neque in me ulla erit mora, quo minus etiamnum, ubi Bibliolæ placuerit, protinus lucem videat.

Aretini Epp. inedita.

„Cœterum Theologi Professoris novi Altdorfini Bernholdi Dissertationem inauguralem de Minaci Bibliorum clausula etiam mittere volui. In illa plus una vice venerandum nomen tuum allegari videbis. Est in supellectile libraria mea in universam Vet. & Novi

Minaces Biblior. clausula.

Test. ſcripturam *Commentarius latinus* Manu ſcriptus *ineditus*, Auctore *Davide Schrammio*, Superintendente olim Nerolingenſi, qui uti Bernholdina Diſſertatio minacium clauſularum exempla, præter Apocalypticam, adfert, minacem formulam in proœmio, velut Prologum quendam galeatum commentationum ſuarum, adſcripſit hancce:

NB. NB. NB.

Maledictus erit, quicunque hominum ſupprimet hunc meum in interpretanda ſ. ſcriptura laborem, Amen: JESV CHRISTE, Domine omnipotens, Amen: Tu, qui habitas in cœlis, facies, ut ii, qui me tam malitioſe opprimere cogitant, vel tandem reſipiſcant, vel ſi nolint, coherceantur per te potentiſſime: nam tu ſcis, me toto corde, quantum licuit per infirmitatem naturæ, te amaſſe, amare, amaturum. Mecum ſis, Amen.

Et neſcio annon huc referri mereantur, quæ *Daniel quidam Suderman* ſ. Suavius, patria Leodienſis, Lombarti Suavii, Pictoris excellentiſſimi, agnatus, qui Argentorati, Anno 1630. ætatis An. 81. diem obiit, & multa, quibus literas nominis initiales D.S. addidit, Schwenkfeldianis & Weigelianis haud parum faventia, nec non Myſticorum quorundam Henrici Suſonis, Ekharti, Tauleri, aliorum, opuſcula edidit, annotationibus ſuis manu, & elegantiſſime quidem, exaratis, ac Novo Teſtam. germ.

germ. Argentinæ An. 1524. impresso, adjectis, præmisit ita concepta:

Mein Freund hast JEsum Christum lieb,
So werd an diesem Buch kein Dieb,
Dann solchs nicht ungestraffet blieb.

Item:

Diss Buch soll niemands eigen seyn.
Schwenkfelds Discipeln ich schenks insgemein.

Miror, in vasto *Placciano Theatro nihil plane de hoc Daniele Sudermanno*, cujus & aliorum Separatistarum illius ætatis scripta bene multa inedita apud me latent, reperiri.„ Norib. Cal. Jun. 1725.

G. H. NIEVPOORT.

„Nisi molestum est, rogo ut per otium de paucis veterum locis, quos hic junxi, mentem tuam mihi aperire velis. Herodotus l. 1. c. 93. ea habet de filiabus Lydorum, quæ parum ad honorem earum faciunt, nempe eas quæstum corpore faciendo dotem sibi collegisse. Sed mirum est, manifestam transpositionem ibi sublatam non fuisse; certe in 3. quæ jam ad manum sunt editionibus græca Hervagiana An. 1541. Londinensi Anno 1679. & ultima Gronoviana, tum in versione latina edita Colon. 1562. fol. nam clarum est post verba c. 93. ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς sequi debere verba, quæ hodie initium faciunt c. 94. Λυδοὶ δὲ νόμοισι &c.

Veterum loca emendata.

Apud Lucianum Aſino pag. 102. l. 11. a fine (edit. Græv.) καὶ οἶνον, καὶ τυρȣ̃ κάδον ἐπ. quis unquam cadum caſei vidit? Rectius ergo, καὶ οἴνȣ κάδον καὶ τυρὸν ἐπ. Id. Jove Trag. p. 154. l. 14. a. f. εὖγε, συνετῶς ταῦτα &c. nomen Jovis huic periodo præfigerem; licet forte per ironiam exponi poſſit, quod tamen vix credo. Id. bis accuſ. p. m. 213. ἔπειτα δὲ καὶ αὐτῷ &c. legendum eſt αὑτῳ & explicandum per ἐμαυτῷ. Scis, pronomen illud reciprocum ſæpe de prima perſona dici. Ap. noſtr. de merc. cond. p. m. 460. verſ. f. p. 470. in f. & ſæpe alibi. Etiam pro ſecunda perſona in Apol. pro mercede cond. p. m. 484. ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτ . . . λέλεκται. 601. & apud Antonin. τῶν εἰς ἑαυτ X. §. 31. XI. §. 9. & docuit id etiam magnus meus magiſter Perizonius ὁ μακαρίτης ad Æliam. V.H. XII. 1. & Barneſ. ad Hom. Batrachom. v. 23.

P. 715. Clarum eſt voces illas Αγαθῇ τύχῃ debere ι ſubſcriptum habere & præfigi τῳ ψηφίσματι, ut ſignificent, quod bene vortat, quod felix fauſtumque ſit &c.

Apud Ælian. Var. Hiſt. II. 13. periodus eſt, quæ mutata diſtinctione clarior apparet. Ὁ δὲ Αριϛοφάνης λαβόμενος ὑποθέσεως &c. . . . . καὶ τ αρ. τῶν Ελλ. λαβ. ὑπόθεσιν· ȣ̓ γὰρ οἱ &c. poſt ὑπόθεσιν diſtinctionem minorem pono, & ȣ̓ γὰρ expono per *non ſane*, ut *Actor. XVI.* 37. ut γὰρ intendat orationem, ſicut ipſe Cl. Perizonius docuit ad cap. 8. hujus libri. Ita, puto, ſenſus erit clarior, qui alias vix eruitur, cum

cum tota periodus careat verbo finito, & oratio undique ſit ſuſpenſa.

Sed ſatis diu tibi, Vir Cl. moleſtus ſum. Ergo manum de tabula. Vale. „ Traj. ad Rhen. 7. Kal. Jan. an. fut. 1718.

GOTTFR. OLEARIVS.

„Sed quæſo, quid tibi de iſta ſententia Meibomii videtur, *omnes libros Biblicos metro conſtare* putantis? mihi ſane ea non parum confirmari videtur loco Strabonis L. 1. Geogr. p. 18. edit. Caſaub. Locum adſcribere chartæ anguſtia non patitur, id tamen tacere non poſſum, quod Caſaubonus in illum locum notat: Ergo, inquit, ex ſententia Strabonis *antiquiſſimi quique ſcriptores proxime ad ſtylum Poëtarum accedunt,* quod profecto verum eſt. Ac mihi quidem perſæpe Herodotum cum lego, Homerum aliquem videor legere, quem tamen M. Tullius ait ſolutum omnibus legibus fluere. „ Amſtel. d. 11. Nov. 1693.

Metrum Hebræor, & alior. veterum.

„Cœterum ad aliqua quæ in Meibomii ſententia non recte percepiſſe videris, mea forſan culpa obſcurius & confuſius ſcribentis, reſpondendum erit. Ridiculum tibi videtur affirmare, per antiphonas cantatos libros legis, Chron. Esdræ & Nehemiæ; ſed neque id vult Meibomius, expreſſa n. ejus verba ita habent: *Diſticha Pſalmorum in templo aliisque in ſolemnitatibus, non ab uno Sacerdote, aut ab uno choro recitata aut cantata fuerunt; ſed a duobus &c.* ut adeo quæ de Antiphonis ſcripſi

ad ſolos Pſalmos reſtringenda ſint. Neque harum memoria ita obliterata eſt inter Judæos ut tute exiſtimas, veſtigia enim earum ipſe in Synagoga audivi. Ut taceam quod Meibomius ne quidem ſcriptos eſſe metrice libros Nehemiæ & Esdræ ſibi perſuadeat, (quamvis poſterior proxime ad metricam ſcribendi rationem accedat,) quemadmodum nec Prophetam Haggæum; horum enim temporibus jam deperditam fuiſſe metricam ſcribendi rationem, ut cum ipſum convenirem mihi dixit ipſe Meibomius. Cum qua tamen ſententia fateor conciliare me non poſſe quod idem mihi aſſeveravit libros Eſther & Paralipom. metrice ſcriptos eſſe, imo quod ex Græcis Siracidis ſe colligere dicit, eum quoque metrice ſcriptum fuiſſe. Ut alia nonnulla taceam, de quibus mihi nondum ſatis cogitaſſe videbatur Vir cætera doctiſſimus, & de quibus alias forte dicam. Tuæ vero *de Strabonis loco* ſententiæ nondum plane aſſentior. Primo enim expreſſe diſtinguit λόγον in ἔμμετρον καὶ πεζὸν, hunc μίμημα illius ſ. ποιητικοῦ vocat, quo illum μιμούμενοι λύσαντες τὸ μέτρον, τ' ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ ſcripſerint οἱ περὶ κάδμον &c. Referendum igitur potius putarem Strabonem inter eos, quos Ariſtidem in orat. de laudibus Serapis irridere meminiſti. Deinde licet tibi concederem, Straboni ſermonem tantum eſſe de numero Poetico qualis in Platone, Herodoto & aliis, nihilo tamen minus inſervire Meibomio locus ille poſſet. Non enim

pu-

puto, eum in iſta ſententia eſſe, quaſi pedes habeantur in Hebr. verſibus quales in græcis & latinis, ſed quales in germanicis, quibus in incunabulis ſuis, modo rythmum demas, non abſimiles græcorum verſus fuiſſe puto, & tales forte m. verſus fuere, quibus Turdulorum leges eorum lingua ſcriptas fuiſſe ex eodem Strabone lib. 3. obſervo, quibus 6000 annorum ætatem tribuebant. Cæterum hæc non ita accipi a te velim, quaſi ita credulus ſim, ut totum in ſententiam ſuam me protraxerit Meibomius. Audaciſſimus ille in emendationibus eſt, & ſæpe nullum veterum interpretum ſecutus, ſolas metri ſui leges ſufficere ſibi putat.„ Amſtel. 4. Id. Dec. 1693. † Vide quæ ad locum Laertii III. 36. de Platone notavit Menagius.

† Scribit Oxonio 5. Kal. Febr. 1695. ſe hortatu Fabricii, in LXX. *Interpretibus* expoliendis, bonam partem vitæ collocaturum; comparaſſe cum editis codicem octateuchi 600. annorum, ab optimæ notæ codice tranſſcriptum; laborare etiam in reſtituendis ſignis Origenis ex rariſſimo Arabico codice Bibl. Laudianæ, & Alexandrini codicis copiam ſibi factum iri ſperare ope Millii; quin & Andr. Maſii Syriaca ubi deliteſcant compertum habere, nempe apud Auguſtanos; qua tamen ſpe ſe falſum eſſe poſtea memorat, niſi forte illa in Bibliotheca Elect. Brandenburgenſis deliteſcant, quod Grævius ſit ſuſpicatus. Sane, ſcribit alibi :„ Maſii ἀνέκδοτον nullum in tota Anglia

LXX. expoliendi ab Oleario.

glia haberi jurare ausim, novi tamen originem illius fabulæ. Vidi, cum Oxonii adhuc agerem, aliud specimen Bibliorum ante aliquot annos excusum in charta augusta, quod simul textum Hebraicum, græcum & latinum exhibebat per Tripla, si ita loqui fas est, dispositum, sed ad irritum jam tum spes illæ reciderunt. „ Contra, ait, invenisse se in Bibliotheca Paulina insigne τῶν ό fragmentum, in quo magna Exodi pars, Leviticus & Numerorum liber totus, primumque caput Devteronomii habeantur, additis passim in margine scholiis, & quod maximum, fragmentis veterum interpretum nondum editis; geminam inter alia se deprehendere in hoc codice librorum distinctionem, quarum altera lectiones designari putat, singulis vicibus in Ecclesia absolvendas, altera breviori, κεφάλαια. Alia vice hæc addit: „ Ab Augustanis nuper duos Codd. MSS. accepi, quorum alter Historicos V. T. libros, alter Prophetas a LXX. Interpretibus translatos complectitur. Habentur in posteriori vitæ Prophetarum haud paulo ab iis quas Epiphanii nomine habemus diversæ, ita tamen ut plane alias eas non esse appareat. Danieli quoque præfationis loco præmittitur fragmentum ex Homilia Joannis Archiepiscopi Cpolitani, quam nullibi hodie exstare puto. „ Cœterum de commentario græco Procopii in Octateuchum ex Bibl. Augustana, de cujus locis difficilioribus identidem cum Fabricio confabulatur in epistolis, vid.

vide Fabric. Biblioth. græc. Tom. VI. pag. 259.

„Quæ mecum ab exteris regionibus attulerim referre tantum non pudet, faciam tamen, non quod aliquid commodi inde ad te redire poſſe exiſtimem, ſed ut & juſſis tuis paream, & voti, quo tuas ut vocas nænias, ſed doctas, ſed quovis ſirenum cantu ſuaviores, occinere mihi promiſiſti, te faciam reum. Inedita itaque mecum habeo iſta: *Libanii epiſtolas* plusquam trecentas, plures quotidie expecto ex Bibliotheca Regia Pariſienſi, una ubi Deo viſum fuerit edendas. Præmittam illis *Characteres epiſtolicos,* græce nunquam quod ſciam excuſos, quos Libanio adſcribit interpres Wolfg. Anemœcius, cujus latina verſio in collectione epiſtolarum a Gilb. Cognato Baſ. 1554. edita extat. Habeo illos Græce ex codice Biblioth. Bodlejanæ, in quo Proclo Sophiſtæ tribuuntur. Accedent ut recte tu mones Platonis epiſtolæ aliquot, & ſi permittes, ut facere videris, Albinus tuus, nec non orationes tres Libanii ineditæ, ſc. ὑπὲρ τῆς Ἰουλιανοῦ τιμωρίας una, πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας altera, tertia vero πρὸς Ἀντιοχεῖς περὶ τῆς τοῦ βασιλέος ὀργῆς. Quibus forte addam quartam in necem Juliani, quam Morellius quidem T. II. p. 270. ſed mutilatam aliqua parte ſua edidit, quam integritati ſua reſtitutam & emendatam ex MS. dare, ſimulque quam male latina ex bonis græcis Libanii opera fecerit Morellius oſtendere, non abs re fo-

Spolia itineris ſui.

re exiſtimo. De *Simeonis Theſſalonicenſis Quæſtionibus & Reſponſionibus* jam olim niſi fallor te monui, penes me illas eſſe. *Stephani* præterea *grammatici fragmenta* περὶ στιγμῆς & veterum diſtinguendi modo, una cum aliorum quorundam grammaticorum hac de re commentationibus, poſſideo. Porphyrii itidem de Rhapſodia, & Proſodia fragmenta quædam. Parvum aliquod *fragmentum ex Julii Africani Ceſtis. Catalogum græce ſcriptum Epiſcoporum* præcipuarum ſedum, Pauli & Petri neſcio quas διατάξεις ἐκκλησιαστικὰς, quas editæ ne ſint an non a te ſcire vellem. *Joannis Philoponi* fragmenta quædam non contemnenda ex ejus Διαιτητῷ. Κεφάλαια τοῦ τῶν Μασσαλιανῶν ἀσεβοῦς δόγματος ἀναληφθέντα ἐκ τοῦ βιβλίου αὐτῶν. Contuli præterea cum MSSto Oxonienſi denuo *Octateuchum*, cum Cottoniano Geneſin, cum Cantabrigienſi Paralipomenon libros, Origenisque ſigna critica ex *Pentateucho Arabico excerpſi*, qui tamen usquequaque mihi non ſatisfecit. *Seldeni* denique *in Dionem Chryſoſtomum* poſſideo *emendationes*, & ex *Caſauboni Manuſcriptis* varias ad rem literariam pertinentes obſervationes excerpſi. Sunt forte alia nonnulla levioris momenti quæ nunc haud ſuccurrunt, nec forte ſi ſuccurrerent allegari mererentur. Habes itaque quisquilias meas quibus converrendis meum in itinere otium impendi; quod ſi optime collocatum non fuit, eo ſolari me liceat quod melioribus impendere non licuerit, quodve iſtis occupa-

cupatus prava consortia saltem, vitiaque alia peregrinantibus nimis eheu familiaria feliciter evitaverim." Lips. An. 1695.

„Addi haud pauca qualicunque isti labori (Dissertationi credo ad Allatii Dialogum de scriptis Socratis) velim, cogitationibus posterioribus, quæ σοφώτεραι ut plurimum sunt, mihi suggesta. Tale est quod de *loco Laertii* (II. 55.) ubi de ἐπιταφίῳ λόγῳ Gryllo a Socrate scripto agit, nuper in mentem veniebat. Perperam ibi extare Socratis nomen, in Dissert. mea satis firmo mihi videor argumento ostendisse; verum nullum aliud substitui, quod ut facere audeam, occasionem nuper mihi dedit Dionysius Halic. qui in τέχνῃ cap. VI. quod inscribitur μέθοδος ἐπιταφίων hæc habet: *Λυσίας δὲ καὶ ὑπερείδης καὶ ὁ τοῦ Σωκράτους* (recte Ἰσοκράτους restituit Meursius Lect. Att. V. 14. quam lectionem insuper mihi confirmare videtur Suidas in Θεοδέκτης & Ἰσοκράτης, ut & Theopompus apud Photium Cod. 176. p. m. 392.) *ἑταῖρος Ναυκράτης πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέχοντο.* Ex hoc loco putavi ego pro Σωκράτης apud Laertium restituendum esse Ναυκράτης, cum eum hoc genere orationis excelluisse, & multos hujusmodi λόγους scripsisse inde constet. Sane tempus huic emendationi favet egregie. Cum enim Olymp. CIV. perierit Gryllus, præcedenti jam Olympiade ἐπιταφίῳ λόγῳ in Mausolum scripto cum Theopompo & Isocrate Naucrates concertavit, ut Suidas ll. cc. me docuit. Sed forte potius

Locus Diog. Laert.

ἰσω-

Ἰσωκράτης in loco Laertiano legi debet; literarum certe major convenientia eſt, nec improbabile, eum qui Mauſolum ἐπιταφίῳ λόγῳ celebravit, alias quoque hujus generis orationes concinnaſſe. Sed de eo non perinde ac de Naucrate, veteris alicujus habeo teſtimonium, qui eum aſſiduum fuiſſe in hoc dicendi genere dicat.„ Lipſ. d. 15. Jul. 1696.

JO. CORN. de PAVW.

Manethonis quad. loca.

„En *duo Manethonis loca*, quem auctorem utinam tu edidiſſes! in medium proferam. Primus ſit inſignis ille locus. (L. II. v. 124.)

- - ἐκ δ' ἄρα κεῖθεν ἀνέρχεται ἐκ Βορέαο
Ἄψορρος διὰ νηὸς ἀμειβόμενος κατὰ πρύμναν
Καὶ κνήμας διδύμων κορυφῆς θ' ὑπὲρ Ὠρίωνος
Καὶ γόναθ' ἡνιόχου γουνός τ' ἐπὶ γοργοφόνοιο
Δεξιτερὴν Περσῆος, ὃ δὴ τέταθ' ὥστε θέοντος.

in quo enucleando, verum fatear, mihi non ſatisfaciunt viri docti Gronovius & Perizonius. Videamus quare: De Gronovio nihil dicam hic, de eruditiſſimo Perizonio tantum. Exiſtimat ille primum, male in hoc loco pro ἐς Βορέαο ſcriptum eſſe ἐκ Βορέαο, quod libens ego ei conceſſerim, modo tunc ſubintelligat τὸ δόμον, vel aliud quid, ſimiliter ut in illis locutionibus εἰς καύκωνος, εἰς ᾅδου, quas adfert ipſe. Hactenus igitur recte. At illud κατὰ πρύμναν conjungit mox & una explicat; hoc mihi probari poteſt neutiquam, quandoquidem verborum ſenſus & ipſa ſphæra id plus quam aperte reſpuunt. Nam ſi cum eo ſen-

ſentire velimus, omnes illi accuſandi caſus, qui ſequuntur, a præpoſitione κατὰ dependent, & ordo Syntaxeos ita conſtituendus eſt: ἄψοῤῥος ἀνέρχεται ἀμειβόμενος κατὰ πρύμναν καὶ κνήμας διδύμων ὑπέρ τε κορυφῆς Ὠρίωνος καὶ γόναθ' &c: διὰ νηὸς, ac ſi nempe navis illa tam longum & diſſitum ætheris ſpatium occupaverit, ut via lactea, antequam hujus aſtri ultimam oram attingere potuit, prius permeare debuerit crura geminorum, verticem Orionis, aurigæ genua, & ipſam Perſei dextram, quæ ab ipſa ſunt remotiſſima. Quid igitur? puto illud κατὰ conjungendum eſſe cum participio ἀμειβόμενος, ut hic ſit præpoſitionis anaſtrophe, pro καταμειβόμενος (quod licet in vulgatis lexicis fruſtra quæras, ipſa tamen linguæ analogia plus ſatis ſtabilitur) ordo autem verborum talis: ἄψοῤῥος καταμειβόμενος διὰ νηὸς πρύμναν καὶ &c. quid facilius aut verius? mox difficilia ſunt illa verba: γουνός τ' ἐπὶ γοργοφόνοιο δεξιτερὴν Περσῆος, quæ & obſcure vertit & male quoque explicat vir egregius. Nam nullus ego video quo referenda ſint illa, ὃ δὴ τέταθ' ὥστε θέοντος. Si hæc capienda ſint de Perſei dextra, ubi tam immanis eſt generis diſtinctio, præterquam quod duriuſcula ſint verba γουνός τ' ἀπὸ, ut legendum conjicit, ſi hæc relative explicentur, ut re vera explicanda ſunt, ubi καὶ γοῦναθ' ἡνιόχου præceſſit numero multitudinis; ſileo quod omnia ſint contorta & intricata mire, id ſi ex hiſce verbis conficere velis. Quare non

eſt

eſt quod ambigam de mendo, quod incuria amanuenſium fatali locum hactenus afflixit. Scripſerat enim ipſe Manetho:

γȣνός τ' ἐπὶ γοργοφόνοιο
Δεξιτέρȣ Περσῆος, ὃ δὴ τέταθ' ὥςε θέοντος

quo pacto ſingula ſe habebunt recte.„ Ultraj. d. 24. Jan. 1707.

„De loco Manethonis, cujus medicinam tibi literis meis propinabam, ita ſentis, ut nulla emendatione illum indigere exiſtumes. Probo, Vir egregie, hoc inſtitutum tuum, ex quo manifeſtum fit, in re critica ita te verſari, ut ſemper iſtum judicii calorem, quo laborant plerique, quantum pote, reprimens, quicquid tentandum cenſeas potius, antequam textum auctoris priſci, cui ſæpiſſime re proprius inſpecta nec quicquam deficit, urere ſecare inſtituamus. Ah! quam libenter in his Aſtrologi verbis paria tecum facerem. Sed dicam libere, inhibeor, & vel invitus a te diſſentire cogor. Nam quæſo, mi Fabrici, ſi prout exputas verba Manethonis ita ordinemus: καὶ γόναθ' ἡνιόχȣ καὶ ἐπὶ δεξιτέρην γȣνὸς γοργοφόνοιο Περσῆος, ὃ δὴ τέταθ' ὥςε θέοντος, quo modo accipienda erit vox δεξιτέρην, quæ eſt adjectivum ut loquuntur, adeoque ut perfecta ſit locutio, indubie vocem aliam, qua rite locupletari poteſt, ſibi deſiderat. Num δεξιτέρην heic poſitum erit ſenſu vulgato ac trito, qui τὸ χεῖρα ſubaudire adamat? abſque ullo dubio id ipſum negabis, & tamen eſt hæc ſolennis vocis illius σημασία. An vero aliud quid

quid hoc loco per Ellipſin erit ſubintelligendum? rogo vocem mihi deſignes, nam male peream! ſi quicquam in praeſenti mihi occurrat, quod accommode τῷ δεξιτέρην, utut ſim attentus, adjungi poteſt. Cogitavi equidem de voce μερίδα, quae eſt generis deterioris, ſed non ſatisfacit, ubi id nominis alio trahatur a linguae Graecae peritis, quibus hac in parte fides eſt habenda. Suppetit quoque τὸ μέρος, ſed ut vides id genere diſſidet ab hoc noſtro δεξιτέρην, adeoque tunc nihilominus proxime ad emendationem noſtram vox foret interpretanda. Quamobrem cogites, et oculorum aciem acrius quam mihi licuit intendas, ſi forte propius quid invenire valeas; quanquam ubi ſingula paulo diligentius conſidero, ambigo vehementer, an iſte in quærendo ſucceſſus ſuſpicioni tuæ futurus ſit ſatis fauſtus. Nam quod extra omnem dubitationis aleam mihi videtur poſitum, iſta Manethonis verba, ad dexteram genu partem refers, mi Fabrici, & ſecundum interpretationem tuam omnino referre debes. Verum enim vero, audiviſtine unquam, manum vel pedem dextrum vel ſiniſtrum, præter iſtam diviſionem ſeu denominationem, iterum fuiſſe ſubdiviſum in partem dextram vel ſiniſtram? Sane quam ego ſimile quid ignoro plane. Adhæc, ſint ejusmodi loquendi formulæ non penitus ignotæ, ſit iſta ſubdiviſio, ut nunc ita loquar, proba ſatis & apta, num ulla ratione credibile eſt, Manethonem fuiſſe

tam

tam putide accuratum, ut totam illam viam lacteam præcise partem dextram genu homicidæ Persei attingere, exclusa parte sinistra, ei commemorare fuerit in animo? Num probabilem satis rationem habet ejusmodi subdivisio in astris? num denique Astronomorum diligentia fuit tanta, ut machinis suis inter dextram & sinistram genu partem distinctionem voluerint vel potuerint adhibere? Fateor lubens, hæc calculo meo probare neutiquam queo, quare mutatio ista leviuscula etiamnum mihi præplacet!

Alter locus de quo tecum agere constitueram, nisi temporis angustiæ id prohibuissent, est iste, in ipso statim operis principio:

Ἄξιά σοι τάδε δῶρα φέρω βασιληΐδος ἀρχῆς
Ἄστρων οὐρανίωντε φάσεις ἀπλανῶντε πλάνων τε
Ὅσσα βροτοῖς τελέουσιν ἐπιβλέψαντες ἐν ἀρχαῖς
Σπειρομένοις καὶ τικτομένοις δειλοῖσι βροτοῖσι
Μοιρῶν ἀῤῥήκτοισι μίτοις θεσμοῖσι τ᾽ ἀνάγκης.

quem singula propemodum verba clamant ab inficetis amanuensibus misere deturpatum esse. Nam unde duplex illud *βροτοῖς*? unde tot casus dativi in una eademque Periodo? quo pertinet participium *ἐπιβλέψαντες*, ego in his talpa sum, & magnum Apollinem pronunciabo eum, qui sensum vel dimidiatum ex his poterit conficere; ita nec caput nec caudam in his reperire est. Et tamen de vitio tam aperto ne γρῦ quidem monuit celeberrimus Gro-

Gronovius. Quid multa? ego hæc morbida ita ad ſanitatem priſtinam puto reducenda:

Ὅσσα βροτοὶ μελετῶσιν ἐπιβλέψαντες ἐν ἀρχαῖς
Σπειρομένοις καὶ τικτομένοις δειλοῖσι βροτοῖσι
Μοιρῶν ἀῤῥήκτους τε μίτους θεσμούς τε ἀνάγκης.

quorum curam habent mortales, quæ curant homines, ſpectantes, hominibus miſeris quodnam erit fatum ſtatim in initio ubi naſcuntur. Sic enim ſenſus conſtabit & appoſitiſſimus erit. Ὅσσα *quæ* reddidi, quo pacto ſæpius Græci, & ipſe, ni memet ipſum decipiam, Manetho. Pro τελέουσιν reſcribo μελετῶσιν, quæ mutatio utique leviuſcula eſt. Sed & τελέουσιν retineri poſſet, ſi linguæ genius pateretur, ut *colunt, venerantur*, verbum id hoc loco reddi poſſet; at iſtius ſignificationis exemplum adhuc quæro. Pro ἐν ἀρχαῖς rectius legeretur ἐν αὐτοῖς, ut nemo dubitabit, ſpero; nec tamen id neceſſe eſt, nam recepta ſcriptura, prout in verſione a me expreſſa eſt, ſatis apta videtur. Tu tamen ea de re cogites. Reliqua ſunt facilia; neque metuenda eſt eliſio aut vocalium hiatus in θεσμοὺς τε ἀνάγκης. Nam ita Poetæ præſtantiſſimi, quorum venuſtatem ne quidem attingit noſter, aliquando. Tu id optime noſti. Adjiciam corollarii vice v. 20. 21.

Καὶ δούλαις μίσγουσιν ἑταιρίσιν ἠδὲ λαφύραις
Αἰχ[μ]ιστῶν διδόασι κακῆς ἕνεκεν κυθερείης.

Ut de voce λαφύραις ejusque ſcriptura quid ſentiam palam tibi profitear, in ejus locum ſubſtituit Vir egregius λαθέραις, quod dicam vere mihi diſplicuit in hunc diem uſque. λαφύραις absque ullo dubio captivis interpretari poteſt, nam vox eſt proba & analogice formata, quanquam nullibi forſitan occurrat, præterquam in hoc Manethonis opere. Quot enim domeſtica non ſunt & vernacula in auctoribus priſcis? Phavorinus in ſuo promtuario: Λαφύρων, αἰχμαλωσιῶν; ſcripſit forſitan αἰχμαλωτίδων; nam prout legitur hodie, interpretatio non eſt ſatis apta. Sic hæc ipſa vox Etymologis fuiſſet nota. Tu judices, cui omnia mea lubens ſubmitto. Interim cogitabam, non diffitebor, aliquando

ἠδὲ λαφύρα
Ἀιχίστοις διδόασι (vel αἰχίσταις

longe, ut mihi videtur, elegantius quam hactenus: *& exuvias victoriæ peſſimis tribuunt - -* faciunt ut ardentius adamet maritus pecora ſervilia quam uxores legitimas & ingenuas. Quid venuſtum magis? loquitur tanquam de certamine, quod inter ſcorta viliſſima & matronas pudicas fuit, cujusque victoria tandem aſtrorum influxu turpiſſimis ceſſit. Inprimis hæc loquendi ratio ad genium Manethonis quam proxime accedit.„ Ultraj. d. 23. Octob. 1707.

† Fabricius in priori loco:„ ὅσσα βροτοὶ στελέουσιν. Holſtenii apographum βροτοῖς στελέουσιν,

λέγουσιν, ſed legendum dubio procul βροτοῖς τελέουσιν, quo verbo & alibi Manetho utitur.„ Reddit autem locum ita:

Nomine digna tuò fero munera dignaque ſceptris,
Stellarum erronum adſpectus, ſignumque ſtatorum,
Quotquot in excelſa ſpectantes deſuper arce
Auſpicium concepti hominis natique gubernant,
Certa fatorum nectentes omnia lege.

Poſteriorem locum his verſibus exprimit:

Miſcentque ancillis dominos, captiſque duello
Ac ſcortis tradunt, turpem ut proſequantur amorem.

Adſcripſit autem:„ ita reddo λαφύροις. Primum λαφύρα legebam, & verbum διδόασιν referebam ad dominos; ſed præſtat verbum διδόασιν, uti quod præcedit μίσγουσιν, ad aſtra referre, quæ miſcere dicuntur, i. e. inclinare homines ut miſceantur, ſive cum ſcortis conſueſcant.„ Cœterum quod Fabricius verſionem Manethonis, Manilii exemplo, carmine compoſuit, id ſecus factum eſſe optarunt Viri docti, Grævius, Almeloveenius, Olearius, alii; quod ſupra monere neglexi.

CHRIST. MATTH. PFAFFIVS.

Biblioth. Taurinensis. „Cœterum vix latere te arbitror, me a concionibus ſacris literisque inſtillandis eſſe ſereniſſimo Wirtenbergiæ Principi Hæredi Friderico Ludovico, qui nunc per triennium curæ meæ concreditus Auguſtæ Taurinorum hæret, donec ex hac terra liberaverint nos benigniora providentiæ divinæ fata. Etenim qui primum mihi tractandorum & deſcribendorum ſcriptorum Codicum, quorum tam latinorum quam Græcorum haud contemnenda in *Regia Bibliotheca Taurinenſi* copia eſt, facultatem per annum dederant, jam ante annum eandem, plurimum alioqui favente mihi Principe, ademtam voluere innocenti, ne ſcilicet hæreticus homo libris hiſce contra Eccleſiam Romanam ſcribendo abuteretur. Et Abbas eum in finem ad me miſſus mihi auctor fuit de non edendis vel Catalogo a me confecto, criticiſque obſervationibus aucto, vel Anecdotis cura mea hactenus conſcriptis.„ Auguſtæ Taur. Id. Aug. 1712.

GEORGIVS RAPHELIVS.

Xenoph. cum N. T. collatus. † Scribit Lüneb. 1729. 19. Maj. Cl. Hutchinſoni Cyropædiam T. XV. Bibliothecæ Anglicæ ea vel maxime de cauſa laudari, quod ubivis ſtylum Xenophontis cum N. T. ſtylo contulerit Auctor. Addit, filium ſuum Helmſtadii degentem ægre ferre, quod Annotationum patris in Nov. T. ex Xenophonte nusquam in ipſo libro mentio facta ſit ab Hutchin-

chinſono, cum tamen is popularem ſuum Blackwallum ſæpius laudet, Raphelium generatim in præfatione nominaſſe contentus. Satis tamen ſe habere ſignificat, qua eſt modeſtia, Raphelius, modo aliquis ſui laboris apud exteros etiam fructus exſtiterit.

HADRIANVS RELANDVS.

† Hunc Virum doctiſſ. itineraria veterum edere voluiſſe jam notavit Fabricius in Bibl. latina. Addam tamen pleniorem ſciagraphiam: *Sylloge Itinerariorum veteris & medii ævi;* comprehendentur illa 1) Itinerarium Antonini cum notis Suritæ. 2) Itinerarium Burdigalenſe. 3) Tabula Peutingeriana cum inedito prolixo commentario Menſonis Altingii. 4) Itinerarium Antonini Martyris. 5) Itinerarium Adamnani. 6) Itinerarium Willibaldi. 7) Johannis Phocæ ἔκφρασις quam Allatius edidit. *Itineraria veterum.*

MICHAEL RICHEY.

„Apud me ſunt *Jo. Ad. Scherzeri* Viri ſummi *Miſcellanea ſacra*, præruptum quidem opus & imperfectum, ſed ipſius beati Theologi manu ſcriptum. Utrum conſultum ſit editionem tentare, tuum facio judicium.„ Stadæ 13. Kal. Dec. 1708. *Scherzeri Miſcell. Sacr. MS.*

JOANNES RICHEY.

„ *Vindiciarum Grotianarum* auctor, de quo quæris, ita latere ſtuduit, ut hic quo- *Vindic. Grot. Autor.*

 que

que a pauciſſimis cognoſcatur. Comperi tamen, nomen ei eſſe *Lehmanno*, virumque Dresdæ vitam privatam agere, atque otio ita abundare, ut vel ſolius Grotii ſui cauſa Belgas bis aut ter adierit.„ Lipſiæ 14. Calend. Apr. 1729.

Nummophylacium Lipſ. „Bibliothecam publicam noſter Senatus magna cura & ſumtu quotidie auget. Habet enim quod impendat. Numariam etiam ſupellectilem, hactenus in exiguo muſeolo anguſte ſatis collocatam nuperrime Ampliſſ. Baudiſius, Prætor, qui una cum Cl. Maſcovio Bibliothecæ huic ex mandato ſenatus præfectus eſt, in nova eaque ſatis ampla & ſplendida ſcrinia diſpoſuit, ita ut quicquid numorum unquam accedat, ampliſſima omnibus ſpatia relicta ſint. Septem *Lyſimachi ex auro* nuper una comparati ſunt, præter quatuor alios, qui jam ante aderant. Referunt hos inter rariſſima cimelia ſua, iisque eo magis ſuperbiunt, quod Liebius in Gotha numismatica inter primaria muſei hujus decora narrat, quinque Lyſimachos aureos ſervari. Lipſiæ. Non. Jan. 1731.

Hiſtor. Lauſana & Helvetia. „Scripſit nuper ad conſultiſſ. Maſcovium Bochatus Profeſſor Lauſonienſis Cel. Barbeyraci ſucceſſor, *Ruchatum* moliri *Monumenta Lauſonienſia*, opus magnum, & ad antiquitates & Hiſtoriam veteris Helvetiæ illuſtrandam egregia multa promittens, Hiſtoriæ etiam Germaniæ medii ævi profuturum, quoad cum ea conjunctum fuit vetus Burgundiæ regnum; non

non æque autem felici ſato uſum fuiſſe *Scheuchzerum*, qui quum abſolutam jam penitus *Hiſtoriam Helveticam* ad Bibliopolam Francofurtenſem transmiſiſſet, a magiſtratu prohibitus eſt, ne eam unquam ederet, interpoſito jurejurando ad hæredes etiam extenſo. „ ex ead. epiſtola.

„Cuſtodes *Bibliothecæ Paiſ.* ſunt Abbates Sallierius & Targnius. Huic, quod ſenex eſt & infirmus, ſocius datus eſt Sevinus, qui cum Fourmontio nuper cum præclaris ſpoliis ex oriente rediit. Hi in eo ſunt, ut *MStorum* contexant *Indicem*, quorum nunc numerantur XXXIV. millia, ut refert Sevinus. Sed non erit Lambecianus ille Catalogus, verum merus index ſine commentario & *κρίσει*. *MSta Segueriana*, quæ poſtremo loco poſſedit Coislinus, Epiſcopus Metenſis, anno ſuperiore Pariſiis defunctus, ex hujus legato, Bibliothecæ Monachorum S. Germani de Pratis acceſſerunt. Dici non poteſt, quanta ſit Coislini hujus apud omnes veneratio. „ Paris. d. 16. Apr. 1733. *Biblioth. Paris MS.*

„Rev. Bandurius ægre fert, Bibliopolas Venetos *Corpus Byzantinum* imprimere ſe inconſulto, quum ſint apud ipſum quædam non levis momenti quæ addi potuiſſent. Paris. d. 24. Junii 1733. *Corpus Byz. augend.*

FRID. GVIL. ROLOFF.

„Itineris ſuperiori æſtate, quod in Boruſſiam, ex Regis voluntate, patri faciendum *MS. Regiomontana, &c.*

 erat,

erat, ſocius adſcitus, quum alia inveni multa, profutura mihi olim, ſi excutere ſingula, per tempus, quod omnium rerum imperioſiſſimum ille vocavit, mihi licuiſſet: tum incidi in volumina tria, qua voluptate, dici non poteſt, quibus uſus ſum partim, partim etiamnum, Rev. Lilienthalii, qui adportanda ea mecum e *Regiomontani ſenatus bibliotheca,* benevole conceſſit, beneficio, utor. Adſcribam de iis aliqua. Ingratam enim tibi eorum commemorationem ſi putem, minime te noſſe, & naviter invenuſtus poſſem videri. *Lactantii codicem* nactus, ſæculi, ut viſum La Crozio eſt, qui multas etiam ejus lectiones impenſe laudabat, XII. cum Gryphiana editione, quam potui adcuratiſſime, & diligentia, ut multis eam, injuria, meo quidem judicio, adpellari novi, minuta, contendi. Unde ſi nulla umquam ad nitidiſſimum ſcriptorem redundabit utilitas, reficiet me tamen poſitæ in illo operæ conſcientia. Sexti Empirici, cujus nitidiſſimum exemplum, ſæculo XIIII. exaratum, quod Gedani ſibi cIↃIↃCXII. paraverat Nicolaus a Bodeck, ex eadem bibliotheca habeo, diverſas lectiones, lubenti animo ad te transmittam, ut primum aut omnes enotavero, aut velle te intellexero. *Friderici Beſſelii philologico-critica miſcellanea,* ineditum adhuc librum, & ſi quid video frugis bonæ plenum, præter duos, de quibus ſcripſi, codices, ex eadem bibliotheca penes me jam habeo. De Beſſelio, quem verbis tribus in ſelect.

ſelect. litt. loco quodam Lilienthalius memorat, nihil huc dum comperi, niſi fuiſſe eum Tilſæ Boruſſiæ oppidulo, in lucem editum, ac optimis diſciplinis in academia Julia innutritum. Regiones eum, litterarum cauſſa, diverſas obiiſſe, e reliquiis ejus mihi conſtat, quarum præter obſervationes eas, quas modo nominavi, admirabilem copiam Regiomontani Senatus bibliotheca ſervat. Epiſtolas ejus, & ad eum aliquas legi, niſi memoria fallor, in Sylloge a Petro Burmanno, viro ſummo, edita, & Caroli M. vitam ab Eginharto conditam, Helmeſtadii, cum ejus notis, proditam, haud ita pridem evolvi. Ejus libelli p. IX. adfectas ſe ad Phædrum notas habere ſcribit. p. LXXXVIIII. Berolini ſe Suetonium ad bibliothecæ electoralis exemplum comparaviſſe, refert, & ad Vegetium aliqua ſe daturum, recipit. Verum de hoc quidem plura multo, nemo te melius, me docebit, ſi quidem id commodo tuo poteſt fieri. Adjeci miſcellaneorum ejus capitum argumenta, quo vel de iis, quia de ceteris jam non poſſum, Tuam ſententiam cognoſcerem. Et hæc quidem dum diligentius Regiomonti excutio, tempus, quod itineri præſtitutum erat, ante elabitur, quam in meos uſus omnia convertiſſem, quibus juvari meæ litteræ poſſe videbantur. Vidi enim præter ea, quorum jam memini, librorum, ſub typographiæ incunabula, proditorum, tantam copiam, quantam ego quidem huc dum nuſpiam. *Boethii* et-

iam codices aliquam multos, & *Longi pastoralia* minuto charactere ſcripta, manibus tractavi; tempore tamen præcluſus, & exemplo impreſſo deſtitutus, an integer iis locis Longus eſſet, in quibus editiones vulgatæ deficiunt, non potui inquirere. Quod quamvis, nec injuria, doleam: erigit tamen me incredibilis Lilienthalii humanitas, a qua nihil eſt, quod impetrare me poſſe non credam. *Quinctiliani inſtitutionum oratoriarum* MS. codicem, in catalogum relatum, diu anxie quæſivi, quod poſſe ex eo fructus aliquid ad Kappium venire lætus animo præciperem, qui confirmaverat mihi ſe ejus novam editionem MSS. codicibus tribus, quorum ipſe unum poſſidet, & a nemine adhuc in conſilium adhibitis adiutum, moliri. Sed deluſum me poſtea ejus, qui catalogum compilaverat, inſcitia ſenſi, aut feſtinatione. Pro monachi enim, ut videbatur, cujusdam inſtitutione ad orandum, oratorias Quinctiliani, in indicem retulerat. Fabii dum memini, in mentem venit etiam, *Ariſtidis Quinctiliani*, cujus MS. quod nuper apud vos veniit, non eſt fere dubium, quin inſtructiſſimæ tuæ bibliothecæ acceſſerit. Quod ſi ita eſt, & tibi gaudeo, & Ariſtidi gratulor, qui ad eum dominum pervenerit, & doctis hominibus, quorum uſui omnia tua patere, nemo eſt adeo inhumanus, ut ignoret. Erant apud me *Jo. Hen. Kromayeri, ad Hen. Stephanum de abuſu linguæ Græcæ adnotationes*, quibus ultimam manum antequam e vita diſcede-

ſcederet impoſuerat. Has uti, ne perire patiar, quadam religione prohibeor: ita dum typographo apud nos, cum Stephani libello, dedi eas exſcribendas, venit in mentem, in ipſa voluminis fronte, quod plane indotatum emittere nefas videtur, cum adoleſcentibus, hoc eſt mei ſimilibus hominibus, publice fabulari. Qui quoque aptiſſimus mihi locus videtur, dicendi de *Barthii adverſariorum ineditorum libris CXX.* quos Halæ evolvi, de Beſſelio, & Spanhemianis reliquiis, tum iis quæ ſunt etiamnum in inſtructiſſima illuſtriſſimi viri bibliotheca: tum ceteris; quæ ad eam non rediiſſe narravit mihi La Crozius. De Stephano, poſt Almeloveenium, & Maittairii tres lucubrationes, e quibus, qui ſitiunt videntur haurire poſſe, dicere nihil fere audeo, niſi admonere me benigne de iis, quæ a viris, quos memoravi doctis, aut perperam ſunt dicta, aut plane ſilentio involuta, uti de reliquis etiam, quibus amplificari, iſtud quod inſtituo, queat, fuerit tibi viſum. De mea fide eo minus ambiguum fore tibi confido, quo luculentius ejus ſpecimen in adnotatione, quæ Beauſobrianæ diſſertationis de libris apocryphis dedicationem excipit, offendes expreſſum. De tribus D. Pauli Nominibus commentationem, La Crozii pariter præcipue auctoritate, ante hos tres annos ſuſceptam, tum legiſſe te putabo, ſi, haud gravatim, de admiſſis, ſi tamen copia illud, qua ferme obrutam eam ſentio, id permittat, monere me volueris.

lueris. Ad anonymi *orationem funebrem in imp. Conſt. jun. Conſt. M. fil. apud Aquilejam interemtum* Græce primum ex bibliotheca Bavarica a Fed. Morello 8vo cIↃ IↃ cxvi. excuſam, & repetitam deinceps ab Hearnio, edendam denuo, animum mihi addidit La Crozius. Qui vix parabilem eam eſſe inde conjiciebat, quod præter Maittairium, annal. typogr. T. II. Part. poſt p. IↃ cccLxviiii. ſcriptor. hiſt. litter. Franciæ T. I. Part. II. p. CII. ſ. & Pet. Weſſelingium obſſ. varr. L. 1. c. XXVII. p. CXI. nemo ejus, nec tu adeo ipſe, quem nihil fugit, in bibliotheca Græca, meminiſſes. Quam quum habere nondum potuerim, & me immortali tibi beneficio obſtrinxeris, ſi indicium de ea dederis, & feceris optimo ac amiciſſimo tibi viro, gratiſſimum. Cujus cauſſa quum omnia libenter agas, nolo moleſtus tibi eſſe ambitioſis precibus. *Kromayeri mei vitam,* obſecuturus, quam ei debeo, pietati, libenter adornarem, ſubjungendam ſuaviſſimis ejus epiſtolis, ac poſtumis quibusdam, ſi quidem fidem quam dedit præſtiterit Lehmannus, quo familiariſſime is utebatur, & ad quem ſchedæ τοῦ μακαρίτου omnes pervenere, & conſilium meum non diſplicere tibi intellexero. Berolini d. 15. Cal. Febr. 1735.

JOH. DAV. SCHREBERVS.

Auctor Satyræ Sotad. „De autore Satyræ Sotadicæ, quæ ſub *Aloyſiæ Sigeæ* nomine proſtat, idem ad me perſcripſit Fetterus, fuiſſe illum Johannem van We-

Weſtreenen, Juris Licentiatum, haud diu adeo Hagæ Comitum demortuum. Ita enim Catalogo librorum Weſtreenii publica auctione diſtrahendorum, quem Londini apud Beverlandum vidit Fetterus, cujuſque mihi etiam inter alia exemplar transmiſit, adſcripſiſſe Beverlandum: *Johannes van Weſtreenen verus autor Erotici de proſtibulis hodiernis ſub Aloyſiæ Sigeæ nomine emiſſi*; ut adeo non vanus fuerit Thomaſius, quando in cogitationibus ſuis menſtruis An. 1688 P. II. p. 586. libri iſtius autorem eſſe Dn. W. JCtum Hagenſem ſcripſit.„ D. 6. Febr. 1693.

MARTINVS SCHMEIZEL.

† Jena 1717. d. 18. April. ſignificat, nactum ſe eſſe ex Bibliotheca Thorunenſi elegantem Codicem MS. Auctore *Naldo Naldio* Florentino, cujus in eo exſtet longa *epiſtola ad Regem Matthiam*, inſtar Panegyrici, it. 1946. verſus heroici *de laudibus Bibliothecæ Budenſis*, quibus celeberrima hæc Bibliotheca ſecundum omnes forulos, ornamenta & præcipuos libros deſcribatur. Nolui hæc præterire, quod horum librorum B. Fabricius non meminit in Naldo, & ſi forte admonendo Virum doctum promiſſi, eosdem poſſem in lucem elicere. *Naldus Naldius*

JO. HERM. SCHMINCKE.

† Caſſelis d. 8. Nov. 1728. ſpem facit edendæ collectionis epiſtolarum de rebus Friderici *Petrus de Vine*

is & de Precio. ci II. Conradi filii, Conradini nepotis, quibus inserentur *Petri de Vineis* epistolæ cum octo codicibus collatæ, & in his ineditæ nonnullæ ejusdem aliorumque. Memorat, se habere scriptorem obscurum adhuc *Petrum de Precio*, qui Conradi IV. Regis Procancellarius fuit & Conradini supplicio præsens adfuit.

JO. HENR. SCHVLTZIVS.

MSSta Arabica. „Sum in eo, ut colligam *MStorum Arabicorum* in Germaniæ nostræ Bibliothecis sive privatis sive publicis exstantium notitiam, jamque non contemnendum eorum numerum collegi, speroque olim ejus editione multis consuli posse, qui sæpe apud longe dissitos quærunt quæ prope adesse nesciunt.„ Altorfi d. 24. Julii 1730. † Cœterum Vir elegantis doctrinæ spem adhuc facit *Celsi* edendi, & inprimis queritur, novas editiones, utut nitidas, vehementer emendationibus depravatas esse, videri autem sibi ex Roberti Constantini editione eam corruptionem derivatam esse, quod variæ lectiones, conjecturæ & explicationes ibi ad marginem positæ, a posterioribus editoribus nimis supina diligentia sine discrimine & ordine in textum receptæ sint. Addit, se interea in construendo *Lexico Celsiano* desudare.

Celsus.

VRB. GOTTFR. SIBERVS.

Hist. Eccl. † Jam diu molitur *Historiam Ecclesiasticam Thessalonicensem*, a multis exoptatam, cujus

et-

etiam Fabricius in Luce Evangelii p. 92. indicium facit. Ipse Cl. Auctor in epistola d. 5. Apr. 1723. significat, se ordinem Episcoporum sequi, quorum vulgo exigua sit notitia, neque fata & excidia urbis neglecturum; habere se jam justum volumen in folio hac de re conscriptum, desiderare autem maximopere typum urbis. *Thessalonic.*

JO. TAYLOR.

„Non ità diu est, quod *Needhamus & Davisius* nostri, ingenti bonarum literarum dispendio sint exstincti. Ille *Æschylum* suum, quem ex Bibliotheca Regia Cantabrigiæ (cujus præfectura nuperrime sum ornatus) insigniter locupletavit, fidelissimo, ut audio, amico pretiosam παρακαταθήκην moriens commisit. Davisium autem in Ciceronis officia commentantem, atque interrupta heu! opera minantem mors in medio oppressit.„ Cantabr. 3. Cal. Apr. 1732. † Ipse vir præstantissimus Taylorius *Lysiæ* se editionem ex MStis emendatam parare indicat, cum is elegantissimus scriptor mendis plurimis scatens ex tot Doctorum manibus exciderit. De Æschylo autem Needhami v. M. de Trev. 1717. p. 167. 181. 1715. p. 732. *Æschylus. Officia Cic.*

REN. JOSEPH. TOVRNEMINE.

„Discedit a nobis maximæ spei Juvenis *Widovius* cujus candorem eximium, mores suavissimos, ingenium & acre & excultum plurimi *De cruce Constant. M.*

rimi facimus. Nusquam oblivifcar, quantum illi debeam, qui jungendæ tecum vir ill. amicitiae autor & fequefter exftiterit, nihilque omittam ut feliciter initum fœdus firmius indies fiat. Doleo, uni e noftris cum de tua Differtatione *de cruce Conftantino vifa* loqueretur, dictum fane imprudens & temerarium excidiffe. Culpam admiffam reparabo ftatim ac pervenerit in manus meas ifta Differtatio, cujus excerptum dabo quale dari convenit. Lutet. d. 12. May.

CHRISTIANVS TYCHONIVS.

Contin. Analector. Doughteji. † Schevia prope Wiburgum mittit Specimina quædam fua *Continuationis Analectorum S. Joh. Doughteji*, adeo elegantia, ut temperare mihi non poffim quin hic unum fpecimen, & brevius quidem illud, inferam.

2 Sam. XXIII. 15. *Defideravit David aquam de cifterna Bethlehem &c.*

II Sam. XXIII. 15. De ifto Davidis defiderio multi multa; nos pauca. Qui antiquitates orientis nefciunt, nec in partes vocant, caufam hujus defiderii veram ignorant, falfas, ut fieri amat, comminifcuntur; jam Davidem peccaffe, jam ægrotaffe fingunt, jam ftulti, vel mulieris pica laborantis perfona Regem fanctisfimum induunt: at Di meliora! *Confueverant olim Reges* orientis, non quamcunque, fed *certam aquam bibere.* Sic Perfarum Reges, nullius flu-

fluvii nisi Choaspis (alias Eulæi, unum enim eundemque hunc fluvium esse docuit Salmasius ad Solin. T. I. p. m. 492. & ex eo Cellarius Notit. Orb. Ant. T. II. p. 789. distinguentibus licet Plinio & Polycleto apud Strabonem) aquas biberunt. Herodotus lib. I. p. m. 86. de Choaspe: Καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται (inter impedimenta scil. Regis in bellum euntis) τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ γὰρ μόνου πίνει βασιλεὺς καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. Citat hunc Herodoti locum Athenæus Dipnos. lib. 2. p. m. 45. addens, Ctesiam Cnidium modum descripsisse quo aquæ illæ coquebantur. Plinius lib. 6. c. 27. de Eulæo: (qui ipsissimus Danielis Vlai, & idem cum Choaspe) Circuit arcem Susorum ac Dianæ templum augustissimum illis gentibus, & ipse in magna cæremonia, siquidem Reges non ex alio bibunt &c. Solinus Polyh. Cap. 36. Flumen Eulæus ortum à Medis tam puro fluore inclytum est, ut omnes Reges non aliam quam ejus aquam bibant. Tibullus lib. 4.

Nec qua vel Nilus vel *regia lympha* Choaspis
Profluit - -

Ad quem Tibulli locum non erat quod tricaretur Salmasius l. cit. pro Diaspis, quod in quibusdam MSStis & primis Tibulli editionibus legebatur, Choaspis reponendo & prolixe hanc lectionem vindicando, cum centenis jam ante Salmasium annis id viderit & in

ſua Tibulli editione correxerit Seb. Gryphius Typographus non e vulgo. Agathocles apud Athenæum auream hanc aquam dictam & LXX. Ciſternis (ita enim vocem λιβάδος verto) aſſervatam fuiſſe dicit. Verba ejus, quibus ſolum Regem & filium ejus primogenitum has aquas bibiſſe, cæteris ſi bibiſſent morte mulctandis, teſtatur ex Cyzicor. lib. 3. adducit Athen. lib. XI. p. m. 515. Circumlatas iſtas cum Rege docet Herod. loc. cit. τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσι ἐν ἀργυρέοισι ἀγγείοισι. κ. τ. λ. Hinc Plinius loc. cit. Reges aquam hanc in longinqua portare dicit. Sic non alias quam Nili aquas Reges Ægyptiacos bibiſſe eorumque liberos, vel iſta Athenæi docent lib. 2. cap. 45. ubi ex Polybio narrat, quod Ptolomæus Philadelphus Berenicæ filiæ Vxori Antiochi Epiphanis ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε πέμπειν τὸ ἀπὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ ἵνα μόνου τούτου τοῦ ποταμοῦ ἡ παῖς πίνῃ. Quid ſi ergo dicamus, ſimilem morem, certas aquas bibendi & ſecum in Caſtra portandi apud Ebræor. Reges obtinuiſſe, Davidem vero ut & patriam urbeculam honoraret, nec pauperis tuguri paterni in faſtigio regio oblivifceretur, elegiſſe *ciſternæ Bethlehemiticæ aquam* (haud aliter ac Agathocles olim vaſa ſua figlina) menſæ Regiæ jugiter inferendam? Cum vero ob ſubitam hoſtium urbem circumſidentium irruptionem, penuria aquæ hujus, forte ob viciniam loci vel alias cauſas haud adeo

magna

magna in copia aſſervari ſolitæ, laborarent pocillatores Regii, ægre hoc tulit David, haud alia aqua ſitim ſedare ſolitus. Concinniora hæc ſunt inficetis iſtis allegoriis vel Rabbin. Synedrii in portis Bethlehemi conſidentis conſilia, vel Patrum & Interpretum plerorumque, Meſſiæ adventum & ſolamina per has aquas concupitas intelligentium. Judicet Cordatus Lector & ſubſcribat.

† Cœterum commemorat vir eruditiſſimus varia a ſe elaborata, quorum hic Indicem dabo. Nam ſi vel maxime, præter ſeptem priora, quæ edita puto, quædam ex ſequentibus prodierint in publicum, raro tamen ad nos ex Septentrionibus ejusmodi Libelli perveniunt; omnes certe luce digni videntur. 1) Panegyricus Deichmanno Norwegiæ Primati dictus an. 1713. 2) Diſſ. de converſione Judæorum non ſperanda, Danice edita, in latinam quoque liguam ab Autore converſa. 3) Oratio Jubilæa (1717.) in Synodo Provinciali habita. 4) Poſtilla Critico-Philologico-Antiquaria, ſive Horæ Philologicæ in Evangelia. 5) De noctis præ die apud omnes ferme gentes prærogativa. Haſn. 1722. typis Wielandianis. 6) De Armillis Vett. Deorum, Herorum, Imperatorum, Regum præſertim Iſraeliticor. & Septentrionalium Liber. 7) Aug. Conf. Hiſtoria III. Libris danico idiom. edita. 8) Commentarius in librum Nehemiæ, methodo fere Schmidiana. 9) De Baculis Vett. tam ſacris quam profanis Diſſertationes tres.

Scripta Tychonii

10) De Vanitate ſtudii Antiquitatum profanarum opus (πολυποίκιλον, longi laboris.) Accedet Appendix duplex 1. de eo quod in Antiqu. Judaicis, 2. in Eccleſiaſticis vanum eſt. 11) Analectorum ſacrorum Joan. Doughteji Continuatio. Præmittitur Recenſio Critica C. Scriptorum, qui Miſcellanea ediderunt. 12) Centuria rarorum & Veterum librorum (repertorum, ut puto, in Bibliotheca Deichmanniana) 13) Epitome Byzantinæ Hiſtoriæ, ex omnibus ejus Scriptoribus collecta, quam Deichmanno in Norwegiam abeunti dedit. 14) אין אח להם ſive ἅπαξ λεγόμενα S. S. utriusque Teſtamenti. 15) Ezechieli Tragœdi τὰ σωζόμενα nova verſ. notisque criticis philol. & hiſt. inſtructa, cum Diſſ. de tranſitu maris rubri ethnicis cognito. 16) Chronicon Hieroſolymitanum a prima urbis origine ad hodiernum diem. 17) Μακκαβαϊκὰ πρῶτα cum nova verſ. & Commentario Philologico-Hiſtorico additis Diſſ. variis.

CHRISTIANVS GVIL. VOLLANDVS.

Scriptores Ethnici Scholis vindicati.

† Mulhuſa 6. Kal. Nov. 1720. ſcribit, eſſe apud ſe qui *Claſſicos Auctores* Juventuti in Schola eripere velint, & pro eis Chriſtianos Scriptores utut barbaros obtrudant. Huic barbariei dum ipſe pro viribus obviam eat, cum ab aliis Viris principibus, tum a Cell. Bergero, Menckenio, Walchio, Hederico confirmatum eſſe; petere etiam ut Fabricius harum rerum

rerum judex idoneus ſententiam ſuam aperiat. Cui ille hoc modo reſpondit:

Viro Venerando & Ampliſſimo.

Quæris, Vir Venerande, ex me, num periclitetur res Chriſtiana, ſi in ludis litterariis, ita ut hactenus fieri conſuevit, claſſici Terentius, Horatius, Cicero, Curtius, alii, Ethnici ſcilicet ſcriptores porro perſonent, teneriſque pubis Chriſtianæ auribus & animis hæc monumenta aliena à pietate Chriſtiana inſtillentur. Demonſtras enim eſſe apud vos cum maxime, qui vehementer contendant, ſcholas hac in parte emendatione neceſſario indigere, longeque melius fore actum & prudentius conſultum rei Chriſtianæ, ſi ſcandalum illud manifeſtarium tollatur, & loco deteſtabilium illorum nominum à CHriſto alienorum frequententur Prudentius, Schonæus, Seyboldus, & ſcripta certe deligantur Chriſtianorum hominum, ex quibus longe rectius & tutius linguam latinam adoleſcentes addiſcant. Petis igitur pro humanitate Tua à me, ut ſententiam hac de re meam Tibi perſcribam, & quid de hoc conſilio mihi videatur, candide & libere aperiam. Quanquam vero pulchre ſentio quam parum in hac cauſa meo ſive judicio ſive ſuffragio ſit opus, cum jam non inficianda exſtent tot ſæculorum, tot nationum, tot virorum eruditiſſimorum omni ætate judicia & teſtimonia, qui ſemper exiſtimarunt rectiſſime eos facere & ad eruditionem comparandam aptiſſime, qui linguas & artes non ex rivulis, tenuibus ſæpe ac lutulentum fluentibus, ſed

ex fontibus limpidis, hoc est antiquitatis probatissimis scriptoribus petendas esse arbitrantur: attamen ut desiderio Tuo faciam satis, hanc eandem sententiam, quam & Tu non diffiteris Tuam esse, & ego esse meam libenter profiteor, paucis argumentis asseram.

De hoc quidem nemo nostrum dubitat, si cum Ethnicorum scriptorum tractatione consistere non posset CHristi amor, & qui Latinæ linguæ cultum ex Romanis, Græcæ ex Atticis haurit quantumvis Ethnicis scriptoribus, eum oporteret Christianæ ideo pietatis jacturam facere, vel illius faciendæ probabile periculum incurreret, nemo inquam nostrum dubitat, omnes illos & totos abjiciendos jure merito, & ex scholis Christianorum longe longeque eliminandos, etiamsi ipsarum simul linguarum opes omnes ac deliciæ tunc forte propterea fugere nos deberent. Sed hoc nullo modo ita se habet, quod ex Scholastica Ethnicorum scriptorum tractatione illud Christianæ pietati periculum immineat. Atque illud minime ita se habere, etiam tempore adhuc passim obtinentis Ethnicismi omnes sibi veteres Christiani libenter persuaserunt, qui in scholis suis ubique, Græci Homerum, Demosthenem, Aristophanem, Xenophontem, alios: Latini Ciceronem, Terentium, Virgilium, similesque classicos constanter habuere, donec Julianus Apostata, ut Christianis ægre faceret, & insigni illos eloquentiæ & eruditionis spoliaret instrumento, Ethnicorum scriptorum usum scholis Christianorum notissimo illo edicto suo interdixit. Cumque necessitate compulsi Gregorius Nazianzenus

&

& Apollinaris suis quæ recens composuerant Græcis carminibus vellent veluti succedaneis illum defectum sarcire, mox sublato Juliano & edicto illo abolito, libenter iterum ad vetera ista tanquam meliora quantumvis Ethnica sed ad propositum & institutum suum aptiora redierunt. Quis igitur non miretur idem, quod Julianus olim nominis Christiani hostis, ut Christianis noceret, edixit, idem esse inter Christianos, qui specie pietatis nobis sive persuadere sive injungere cupiant?

Quod autem innoxia possit esse Ethnicorum scriptorum in scholis tractatio, imo utilis pietati etiam, si idoneus Doctor accedat, non minus certo sum persuasus, quam posse ali Epicureismum & hypocrisin etiamsi quis Schonæi vel alterius Christiani hominis scripta prælegat. Testantur hoc exempla innumera virorum omni ætate præclarissimorum, qui sive imbuti in scholis linguæ Latinæ atque Græcæ tirociniis ex Cicerone, Terentio, Horatio, Curtio, Homero, Demosthene, nihil tamen Ethnicismi, nihil irreligiositatis ex illis imbiberunt: sive alios ex iisdem instituentes, quominus ulla impietatis semina teneris simul animis instillarent, caverunt quam diligentissime. Memini ipsemet atque de utroque possum testari. Non modo enim, quod DEI agnosco beneficium, in juventute ejusmodi Magistris sum usus, atque ex illis scriptoribus, quantumvis Ethnicis, ne unum quidem animo hæsisse sceleratum axioma sentio, vel impiam aut propudiosam sententiam menti se meæ ex illorum tractatione insinuasse; sed etiam quando ipse deinde adultior scriptores illos exposui ado-

lescentibus, in illis quam plurima sese offerebant recta, præclara, bona, hortationes egregiæ, sententiæ insignes, exempla laudatissima. In hoc inquam, DEUS enim Ethnicis non intestatum se reliquit, in hoc habent quod imitentur, in hoc etiam quod erubescant licet melius longe edocti Christiani, in hoc danda est opera ne ab Ethnicis Christiani vincamur. Si quæ vicissim, ut evenit interdum, sed rarius, occurrant dicta nequam, & falsa, sententiæ minime probabiles, illa detestatus, has confutans, ostendi quantæ sint sine Christo etiam sapientum hujus Mundi & quam crassæ tenebræ, quanta sit nostra felicitas quos rectius sapere CHristus docuit, quanta obligatio ut tam Divino Doctori sincero studio obsequamur, neque Ethnicis contaminari nos patiamur sive erroribus sive libidinibus.

Quod porro utiliores sint ad scopum quem sibi Scholæ proposuerunt scriptores in lingua Græca Latinaque optimi quique ac vetustissimi, debebat quidem pertinaces etiam constans doctissimorum tot sæculis virorum judicium convincere, sed res quoque ipsa evidenter hoc arguit. Ipsos illos scriptores legere posse & intelligere magna eruditionis pars habetur, ipsi enim sunt à quibus non modo linguarum ipsarum sed etiam rerum gestarum & scientiarum notitiam haurire licet & convenit. Iidem principes ingeniorum sua ætate, in suo quique dicendi genere accurati & elegantes, consensu omnium ætatum probati & classici sive primæ classis, ad quos tanquam ad normam scripta recentium exiguntur, ubi cultus & castimo-

nia

nia sermonis quæritur. Quid itaque agunt, qui his rejectis, ad recentiores nulla auctoritate scriptores amandant juventutem? quid agunt aliud nisi ut adultioribus deinde factis seras querelas exprimant, merito mirantibus quod ad imitandum sibi non optima quæque sed longe inferiora perverso docentium judicio fuerint proposita. Nam qui phrasibus & verbis solis putant veterum pretium ac decus omne constare & causas ob quas legendi ipsi sint his solis definiunt, quas adeo in recentiorum etiam scriptis putant posse inveniri, illi vehementer falluntur. Ciceronis certe qui phrases & verba omnia tenuerit ad unguem, is ne umbram quidem Tullii habebit, nisi colorem etiam ipsum orationis, inveniendi & argumentandi copiam, rerum pulcherrimarum delectum & ubertatem, vim divinam ingenii, dignitatem denique & honestatem sententiarum ejus cognoverit. Schonæus autem quo minus Terentio præferatur, non modo eruditionis sed etiam pietatis judico interesse. Videant illi qui argumenta sanctissima per comœdias juventuti proponendas existimant, mihi res magis seriæ videntur quam ita per ludum ac jocum tractandæ, ut deinde narrationes verissimas pueri in sacris litteris legentes procul absint ab illa debita Divinis veneratione, sed fabulam aliquam Comicam vel Tragicam legere sibi videantur.

Habes, Vir Venerande, quæ de proposita quæstione in mentem mihi venerunt, quæque roganti Tibi ex animi mei sententia perscripsi, non quod Tute hæc omnia per Te non melius perspici-

as, ſed ut hoc etiam documento conſtet Tibi, quam libenter Tibi cupiam meam voluntatem probari. Deus ter Opt. Max. faxit, ut Eccleſiaſtica res & Scholaſtica prudentibus Tuis Reverendique ſacri Ordinis veſtri conſiliis & ſollerti cura pulcherrime & novis ſemper aucta incrementis effloreſcat, Tibi vero læta omnia & proſpera eveniant.

LAVRENT. WEIDENFELDER.

† Hic Diaconus Müllenbacenſis in Tranſylvania miſit XI. Inſcriptiones Veterum Romanorum Dacicas, erutas Carolinæ Tranſylvaniæ, & curatius exſcriptas a R. P. Regai Jeſuita, ſui ordinis Superiore, viro doctiſſimo & experientiſſimo. His addit ipſe duodecimam in lapide alabaſtrite Mullenbaci viſendam. Equidem in illis ne apicem quidem mutandum cenſui, quod eas Inſcriptiones curatius exſcriptas eſſe ab homine peritiſſimo confirmat Weidenfelderus, quodque lapides veterum conſtat ſæpiuſcule incuriam & inſcitiam Auctorum vel lapicidarum prodere, ne de injuria temporum dicam. Nam certe quædam in his emendanda perſpicient peritiores, alia forte obſcuriora.

In-

Inſcriptiones undecim omnino: erutæ forte, ubi præfectus copiarum ſupremus urbem, cui nomen Carolinæ eſt, communire vellet; A. ſcil. cIↃ IↃ CC XV. eodemque illo anno exſcriptæ.

I.

SOLI.
INVICTO.
O. CAECILIVS.
LAETVS.
LEG. AVG.
V. L. S.

II.

I. O. M.
CÆTERIS. DIS.
DEABVSQVE.
AVG. LEG. XIII. G.
V. L. S.

III.

SOLI.
Q. MARTIVS. VIC
TOR. FELIX. MAXIMI
LIANVS. LEG. AVG. G.
LEG. XIII. GET. PVLLA
IENA. CAELIANA.
C. FEIVS. ET. P. MAR
CIVS. VICTOR. MA

XIMI-

XIMILIANVS. G. P.
FILIVS. VOTO.

IIII.

I. O. M.
AETERNO.
T. F. I. FLAVIANVS.
AVG. M. S. AP. ET. DEC.
COLL. FABR. VNAELLIA.
VINDIA CONI. VCE. SVA.
QVOD. P. ROSE. TETLA
VIIS. RESTVTO. FLAVIANO
FILIS. SVIS. VOVERANT
V. S. L. M.

V.

VIXIT. ANNIS.
XXIIII. LVPV
LA. FRTRI. B.
M. POSVIT.

VI.

IMP. CAES.
M. AVR. ANT. AVG. III. ET
IM. CAES.
L. AVR. VER. AVG. II. COS.
PER. LEG. XIII. G. SVB. CVR.
P. FVRI. SATVRNINI. LEG.
PR. PR. COS. DES.

VII.

GENOLOG.
EPOR. MAGNI.
PAPPIANVS.
MATERNVS
PRO SE E. M.
VETTO. BEL
LATOR. EX
VL. SS OL. M.

VIII.

GENIO PRAE
TORII II. VIVS
M. VAL. LON.
GINVS. LEG.
LEG. XIII. G.
SEVERINVS.
CVM. SVIS.
VOTVM
POSVIT.

IX.

I. O. M.
AETERNO
C. IVL. VALENTI
NVS. VIR.* PRI
MVS. ANNVAL.
MVN. SEP. APVL.

EP.

* Weidenfelderus hanc inſcriptionem ſua quoque manu deſcriptam miſit, ubi pro VIR eſt IIII VIR.

** EP. ATR. COLL. FAB.
MVNIS. EX. VOTO
POSVIT.

X.

I. O. M.
CONSERVATORI.
M. VALERIVS. LON
GINVS. VG. LEG. LEG.
XIII. GEM. SEVE
RIANAE. CVM
SVIS. EX. VOTO.

XI.

SOLI. INVICTO
AEDI. M. RESTITVIT
C. C. AERELLIVS.
SABINVS.
LEG. AVG.
LEG. XIII. GEM.

XII.

** Hunc verſum ſic exhibet Weidenfelderus
ERATR. COLL. FAB.
MVN. SS EX. VOTO
POSVIT.
quod ego diſcrimen ingenio exſcriptoris alterutrius, fugientes literas ſuppleturi, tribuo. Cœterum Weidenfelderus teſtatur, inſcriptionem hanc repertam in marmore elegantiſſimo, cujus duobus lateribus inſculpti duo Viri palliati, promiſſis barbis, faſces manu geſtantes.

XII.

DEO
HERCVLI
IVLIA MAXIMINA
VOTI SVI
COMPOS

JO. CHRISTOPH. WOLFIVS.

„Berolinum transiens Dn. *Starckium* adii, qui mihi significavit, se jam in colligendis secundum literarum seriem *MStis Arabicis* versari, eamque in rem plurimos tum editos tum MStos sibi comparasse Catalogos, nec dubium esse, quin Bibliotheca quæ a te exspectetur Græca, plurimum ad institutum illud accuratius perficiendum conferre posset. Idem propediem se ad Dn. Schillerum literas daturum profitebatur, de excudenda *latina Alcorani versione*, quam accurate ab Arabe quodam, qui literas Arabicas Halæ docuit olim, concinnatam habebat, cui libellum de *Confusione Sectæ Muhammedanæ* inscriptum & a se ex italico in latinum idioma transferendum Procemii vice commode præmitti posse censebat. Præterea Arabicum libellum *de quatuor Muammedanorum Sectis* propediem se latina civitate donaturum & cum publico communicaturum esse ajebat. „ Witteb. 8. Julii 1703. *Starckii Instituta.*

„ Vidi etiam *Indicem Kusteri* in Eustathii Commentarium, & ex accurata cum Indice Biblio- *Kusteri Indices.*

Bibliothecæ tuæ gr. inſerto, collatione intellexi, eundem eſſe utrumque, adeoque ſingulari hujus viri induſtriæ deberi; quæ ſane tanta fuit, ut in ſingulos auctores Græcos ſimiles elaborarit, ex quibus ſe mihi inprimis probavit Plutarchi index. In Gallia *opera vaſtæ molis* complura ſub prælo jam ſudant, quod interprete Cl. Neocoro ex literis ill. Bignonii ad ipſum humanitate ſumma ſcriptis edoctus ſum. Noſti, quod & ipſe Bignonius queritur, Bibliopolas Gallos fuiſſe in majoribus operibus excudendis difficillimos, quos duros eorum mores ita emendavit ill. Bignonius, ut apud Seren. Regem efficeret, ne cui Bibliopolæ in poſterum privilegium ultra tres annos concederetur, ſingulis, qui produci id ulterius velint, eo adactis, ut fidem ſuam de majori quodam opere ſine tergiverſatione excudendo obſtringerent. Cl. Neocorus videtur præcipuus illius cenſuræ auctor, quam Cl. Clericus in Brukhuſii Tibullum exercitam Bibliothecæ ſuæ ſelectæ inſeruit. Id enim tum ex aliis indiciis, tum præcipue ex eo conjectura aſſecutus ſum, quod ſimile de iſta editione judicium Ephemeridibus Pariſienſibus inſertum mihi dixit, cujus ſe profeſſus eſt Auctorem.„ Amſtel. id. Aug. 1708.

Bibliopola Galli.

Kuſteri cenſura Brukhuſii.

Wolfii MSSta.

„Jam de meis conatibus aliquid dicam, de quibus ampliora tibi polliceris, quam ego unquam præſtare poſſim. Varia Baſilii fragmenta & homilias quoque integras ex Catenis & aliis Bodlej. Bibliothecæ MSS. deſcripſi,

psi, aliqua etiam ejus opera cum variis MSS. contuli, omnia collaturus, nisi temporis angustia alias consilii rationes inire suasisset. Præter trecentas & amplius Libanii epistolas, tres ejus Orationes hactenus ἀνεκδότους, sed editis certe multis nominibus præferendas, descripsi, cum variis Himerii Sophistæ declamationibus. Præterea complura habeo Patrum Sæc. IV. & V. Athanasii inprimis, Cyrilli Alex. Gregorii utriusque, Severi Antioch. fragmenta, quæ Leontius, Euthymius Zygab. Nicetas Choniates, Macarius Chrysoceph. & aliæ ejusmodi collectiones & catenæ suppeditarunt. Exscripsi etiam ex Cod. quodam Bodlejano notas Viri nescio cujus, certe eruditi & sagacis, quibus plurima Dionis Chrysostomi loca felicissime restituuntur." Cantabrig. d. 6. Martii 1708.

† Quædam horum in Anecdotis Viri Venerandi edita esse constat.

JO. CHRISTIANVS WOLFIVS.

† Non reticendum hic puto, quod ex literis Viri Cl. mihique Conjunctissimi didici, illius indefessæ & accuratæ diligentiæ magnam partem ineditorum hactenus *Hippolyti scriptorum* deberi, quæ vel ipse descripsit, vel a Galeo atque Gagnierio impetravit, atque ita ad B. Fabricium transmisit. Idem quoque omnem movit lapidem, ut Millianæ schedæ, Doctissimo Jano jam traditæ, in Fabricii ma- *Studium in Hippolytum.*

Z nus

nus pervenirent, neque tamen illæ ei extorqueri potuerunt. Interim Anglorum prolixam voluntatem intelliges ex his Hudſoni ad Cl. Wolfium & Hallii ad Janum literis.

„ *I am ſorry, Dr. Fabricius did not let me know before this, that he wanted any thing of Hippolytus, for it was upon my account, that Mr. Hall let Mr. Jane have Dr. Mills Collection. I have ſent you a letter incloſed, which will I hope helpe you to the book. If you get it, Mr. Hall has given you power to ſend it to Dr. Fabricius.* &c. „ Hudſon.

„ *Menſes jam aliquot abierunt, ex quo Hippolytum MS. tibi mutuo dedi, tam diu utendum, quam diu apud nos commorareris. Atque equidem tum ſperabam, Te Oxonia non prius diſceſſurum, quam e prælo noſtro Scheldoniano Hippolytus tuus prodiiſſet; ſed cum iter in Germaniam tuam propediem mediteris, nec ſpes ulla amplius reſtet de Hippolyto in Britannia noſtra edendo, des operam rogo, ut ſchedæ Millianæ integræ ad me quam ocyſſime redeant. Qui has ad te perfert, eas ad nos recte curabit. Tu interim valebis, & famæ Millianæ conſulendo rem facies gratiſſimam tui ſtudioſo* Antonio Hallio.



ADDEN-

p. 10. §. 6. lege: Matre an. 1674. d. 20. Nov. Patre autem anno 1679. die 9 Jan. amiſſis.

p. 11. l. 1. *inedita.* lege: ſeparatim edita.

p. 23. l. 6. a fin. *Abrahamus* Groddeckius. lege: Gabriel.

p. 65. ſſ. *Vocationes Fabricii:* An. 1708. d. 9. Jan. vocatus ad Prof. ordinariam Theologiæ & Log. ac Metaph. in Acad. Kielon.

An. 1708. d. 5. Martii a Scholarchis Rector Scholæ renunciatus eſt, ad quod munus acceſſit d. 3. Maji, abdicavitque ſe Scholæ Rectura an. 1711. circa feſtum Johannis.

An. 1720. d. 29. April. ab Ampliſſ. Senatu & Dnn. Scholarchis additi Salario annuo 200 Joachimici, ut renunciaret vocationi Gieſſenſi.

An. 1726. vocandus ad Profeſſionem Theologicam in Acad. Wittebergenſi.

p. 72. adde: Jo. Henr. a *Seelen,* SS. Theol. Licent. & Rect. Gymn. Lubec. Diſſertationem epiſtolicam de Ornatu Sanctarum fœminarum 1 Pet. III. 5. in obit. Margaretæ Fabriciæ. 1736

M. Carolus Henr. *Langius,* Gymnaſ. Lub. Sub-Rector, Προσφώνησιν de luctu Veteris Græciæ ex Euripide, ad Fabricium Vxorem optimam acerbe lugentem. 1736

p. 83. Ad Collegia à Fabricio ſrequentata referri etiam poteſt Anthologicum Lipſienſe.

p. 86. lin. 12. *aliosque.* lege: aliisque.

p. 138. lin. 8. a fin. *p.* 42. lege: 85.

p. 156. lin. 15. Jo. *Chriſtophoro* Wolfio. lege: Chriſtiano.

p. 182. lin. 3. 4. *Indice quodam impreſſo.* is eſt ex Caroli Dufreſne Gloſſario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis.

p. 204. lin. 5. a fin. *Coisliano.* lege: Coisliniano.

p. 221. lin. 5. *provavit.* lege: probavit.

p. 231. lin. ult. *Mexentium.* lege: Maxentium.

p. 327. lin. 8. *Paiſ.* lege: Pariſ.



INDEX

INDEX
AVCTORVM MAXIME.

NB. *Inseruntur typis hisce inclinatis libri a Fabricio editi, recusi, præfatione ornati, MSti. Qui autem * asterisco præfixo distinguuntur, sunt aliorum libri aut loca, quæ Scriptis suis inseruit.*

*Athe-

Chabo-

*Codex

*Diony-

Epigram-

Joannis

Medi-

Moni-

*Oratio

*Patriar-

Pro

*Vale-

Ve-

Wolte-



Rede,

welche zum Gedächtniſs
des wohlſel. Hrn.

D. JO. ALB. FABRICII,

der Moral und Beredſamkeit weltberühmten Profeſſ. des Hamburgiſchen Gymnaſii,

in der gröſſeren Prediger-Geſellſchaft zu Leipzig in der Academiſchen Kirche am 28 Jun. 1736. öffentlich gehalten

M. Chriſtian Kortholt,

Kön. Dän. Geſandſch. Prediger
zu Wien.



Dem gantzen menſchlichen Geſchlecht iſt der allen Sterblichen angebohrne Trieb nach Ehre zu ſtreben ungemein vortheilhaftig. Er machet den Menſchen die Verrichtungen, welche ſie anderen zum Beſten auszuüben verpflichtet ſind, angenehm, und verſchaffet, daß anderer ihr Vergnügen ihr eigenes Vergnügen iſt. Denn, indem ſie ihrer Neben-Menſchen Glück beſorgen, offenbahren ſie zugleich ihre eigene Vollkommenheiten, in deren Wahrnehmung die Ehre beſtehet. So vortheilhaftig aber dieſes Beſtreben nach Ehre an ſich ſelbſt dem menſchlichen Geſchlechte iſt; ſo eine heßliche Geſtalt gewinnet daſſelbe bey denen, welche dieſen unſchuldigen Trieb der Natur mit ſehr vielen Laſtern paaren. Hochmuth, Prahlſucht, Verachtung anderer, unnütze Bemühungen, Verſäumung der Pflichten, zu welchen wir durch Vernunft und Schrift verbunden ſeyn, Neid, Zorn, Unzufriedenheit, ſind oftmahls

Gefährten der uns zu unserm grösten Vortheil eingepflantzten Ehrliebe, und eben so viel Furien, welche denen Menschen ihr Verderben zubereiten. Und was Wunder, daß sich Leute gefunden, welche alle Lobbegierde getadelt, weilen sie selbige so oft in einer so fürchterlichen Gestalt erblicket haben? Diese würden muthmaßlich gantz anders urtheilen, wenn sie eine Ehrliebe entweder nur an und vor sich, oder mit den vortreflichsten Tugenden vergesellschaftet, sich vorgestellet hätten. Ich will so viel sagen: diese würden eine wahre Lobbegierde unschätzbar nennen, wann sie viele Ehrliebende Männer gesehen hätten, welche, nach Vorschrift der Lehre JESU, sich um Lob und Ehre beworben. Die Lehre JESU, zu welcher wir uns bekennen, beweiset sich auch in diesem Stücke vortreflich, daß sie uns die besten Reguln vorschreibet, wie wir nach Ehre streben, und diese Bestrebung allezeit in der schönsten Gestalt von uns sollen blicken lassen. Unser Heiland befiehlet: Lasset euer Licht leuchten vor den Leuten, daß sie eure gute Wercke sehen, und euren Vater im Himmel preisen. *Und ein heiliger Paulus spricht:* Was wohl lautet, (*was Ehre bringet,*) ist etwa eine Tugend, ist etwa ein Lob,

dem

dem jaget nach. *Indem aber JESUS ein Bestreben nach Ehre erlaubet, so gebietet er zugleich die Demuth, und verdammet den Hochmuth:* GOTT widerstehet den Hoffärtigen, aber den Demüthigen giebt er Gnade. Niemand soll weiter von ihm halten, denn sichs gebühret zu halten. *Niemand soll sich grössere Vorzüge zuschreiben, als er würcklich besitzet. Jederman aber muß sich erinnern, daß er ein Geschöpf GOTTES sey, dem er alles zu dancken; daß er ein endliches Geschöpf sey, dem viele Vollkommenheiten mangeln; daß er ein sündliches Geschöpf sey, welches von Natur kein Vermögen hat gutes zu thun; sondern nur, um JESU Willen, durch die Kraft des heiligen Geistes, hierzu fähig ist. Jederman soll eingedenck seyn, daß GOTT unterschiedene Menschen mit mancherley Vorzugsgaben, nach seiner Weisheit, ausgerüstet habe, und dieserwegen soll einer den andern höher halten, denn sich selbst. Wem wird auf diese Weise die Bestrebung nach Ehre nicht angenehm vorkommen? Wird nicht einer, welcher nach unsers Seligmachers Vorschrift Ehrliebend ist, in wahren Vollkommenheiten, das ist, in Nachahmung derer göttlichen, eine Ehre suchen? Wird er nicht, wann er zu-*

gleich demüthig ist, seine Brüder lieben, selbige werthschätzen, ihnen auf alle Art gefällig seyn, und zu ihrem Vergnügen alles mögliche beytragen? So vielen nun eine solche Bestrebung nach Ehre den grössten Vortheil bringet; so viele werden auch die Schönheit derselben erkennen, erkennen und bewundern, bewundern und verehren und preisen.

Wir bedauren am heutigen Tage das Absterben des weiland Hochehrwürdigen, Hochgelahrten, und mit vielem Wissen ausgezierten weltbekannten Polyhistoris, Hrn. D. Joh. Albert Fabricii, *der Beredsamkeit und Sittenlehre Professoris an dem Gymnasio zu Hamburg. Und wir machen uns eine besondere Ehre daraus, daß derselbe ehedem eines der würdigsten Mitglieder unserer Prediger-Gesellschaft gewesen. Seine Verdienste und Vorzüge sind so groß, daß es unmöglich ist selbige alle auf einmahl zu verehren. Seine unsterblichen Schriften und Bücher sind so bekannt, daß es nicht nöthig ist dieselbe alhier zu erzehlen. Es ist ausser allen Zweifel, daß sich weit geschicktere Redner finden, und das Gedächtniß dieses grossen Gelehrten, auf eine vortrefliche Art in Schriften verewigen werden; mithin bedarf es meiner Bemühung*

